Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA

De

ARGENTANGINA JUDICIALI,

Quam

CONSENSU ET AUTORITATE

Magnifici Nobilissimiq; JCtorum Ordinis,

SUB PRÆSIDIO ET MODERAMINE

DN. PETRI Schultzen / J. U. D.

ET PROFESSORIS PUBLICI EXTRAORDINARII,

PATRONI ATQUE PRÆCEPTORIS SUI ÆTERNUM DEVENERANDI,

IN ACROATERIO JCTORUM

HUJUS ALMÆ VIADRINÆ

Horis antemeridianis consvetis

Publico Eruditorum Examini sistit

Ad diem Sept. An. M DC LXXVI.

CARL FRIDERICH Schultze /

STENDAL. MARCH.



FRANCOFURTI AD ODERAM,

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Junioris. 1694.

/A



I. N. J.



AUri ſacram famem corruptionis noſtræ ſtatum miſerrimum in compendio referre, neminem latere credo. Effectus eſt cauſæ ſuæ conveniens; cupiditates in unum coeunt, hancque filiam peſſimam generant, cujus connubium quilibet ferè mortalium ardentisſimo amore expetit, &c, ut potiatur petito, ſtrenuè, licet non ſemper honeſtè, laborat. In ſingula vitæ genera ſi inqviramus, nummi amorem in omnibus, licet non ex æquo, flagrantem, obſervabimus: Privatos intra civium parietes quot hîc Plutoni ſacra facere videmus? Quærenda pecunia primum, virtus poſt nummos. Sed eheu! publica in hoc quanta ſunt damna! Inter Clericos quid Simonia notius? In hoc

ordine ſacro quanta vi auri ſacra fames mortalia pectora cogit! (Virtutem innocentem non ferimus, ſed nævos noſter petit ſermo.) Quàm paucos Apoſtolorum Princeps ſequaces habet, qui maledicant argentum offerentibus! Plures ſunt in hac cathedra Demoſthenes Argentangina laborantes, qui nummis capti, famæ morientium litant, videntesq́; vitia cœcutiunt & obmuteſcunt. Sed quid mirari licet hunc auri amorem, nonne Judas ex numero hoc ſacro prodiit? Puri ſunt, ſed non omnes, Servatoris noſtri eſt ſententia: qui aliquando in Republica Ebræorum ordinis ſacri nævos obſervans, exclamat: Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ! quoniam purgatis exteriorem poculi patinæq́; partem, intra autem illa plena ſunt rapina & intemperantia γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας, Luc. 11, 39. Matth. 23. v. 25. Ex quo verò Judas ex hiſce caſtris transfuga factus, inter civilis prudentiæ Antiſtites & Rerumpublicarum Miniſtros recipi voluit, receptusq́; fuit à multis, qui vocem ejus execrandam imitantur, & viſo argento, patriam, Patresq́; patriæ æterna cum ignominia turpiter produnt. Præteritorum ſecurus præſentia temporum noſtrorum fata ſcrutetur; quot hic mangones Rerumpublicarum deprehendet? Quàm verum illud Philippi Macedonis regium effatum, omnia ca-

ſtra

ſtra expugnari poſſe dicentis, in quæ aſellus auro onuſtus poſſet aſcendere. Quod inter alia optimè expresſit *Venuſinus ille Vates* (*lib. 3. Od. 16.*)

Aurum per medios ire ſatellites
Et perrumpere amat ſaxa,potentius
Ictu fulmineo,concidit auguris
Argivi domus,ob lucrum
Demerſa excidio; Diffidit urbium
Portas Vir Macedo,& ſubruit æmulos
Reges muneribus: munera navium
Sævos illa qveant Duces:

Vincula igitur laxat obſequii & fidelitatis, pietatemque,quam debemus Patriæ Principibusq;, pedibus quaſi conculcat inſatiabilis auri amor. Hic nexus juratæ fidei disrumpitur potisſimum in cauſis Juſtitiæ. Quot vulnera inde inflicta videmus juſtitiæ? Quàm fœdè, res licet ſanctisſima ſit civilis ſapientia, *l. 1. §. 5 ff. de extraord. cognit.* pretio nummario ſæpius æſtimatur & dehoneſtatur! Hinc non ſancta amplius & inviolabilis, ſed vulnerata pasſim audit. Et quod horrendum dictu, qui præſidium juſtitiæ, juramenti vinculo obſtricti, promiſerunt, huic vim inferunt ſæpius primi: Hinc non tàm de juſtitia cauſæ, quam de corruptione Judicis litigan-

tes sæpissimè cogitant, quod nunquam tentarent, nisi Judicem muneribus placari scirent. In mores ferè abiit hæc corrumpendi ratio, adeò, ut qverulas non raró in benè constitutis judiciis voces audire liceat, si Justitiæ Præsides similibus non capiuntur, sed detestantur venalem justitiam. Uti verò hi summis laudibus ornandi veniunt; sic diris omnibus devovendi sunt Judices dorophagi, argyranchi, philargyri, quorum ad exemplum totus judiciorum componitur orbis, & à qvibus peccare discunt litigantes, Advocati, & alii plures. Jam dudum jus nostrum notavit hæc scelera, Principumque sancta voluntas olim damnavit, reprobatque hodie. Singula hæc, vel potiora, quæ ad judicialem hanc fœditatem pertinent, studiorum commendandorum ergò repetere, & sub titulo Judicialis Argentanginæ proponere placuit;

Annuat DEUS cœptis!



CAP.

CAPUT I.

De Argentanginæ Judicialis Definitione nominali & reali.

§. I.

THematis noſtri *ὀνοματολογία* prima noſtra cura erit, cum ſic facilius ad rem ipſam huicq; annexa jura devenire liceat, methodo JCtis uſitatiſſima. Et quidem quod ad vocabulum (*Argentangina*) attinet, compoſitum illud eſſe ex *argento* & *angina*, culibet ad oculum patet: *Argenti* ſignificatio notiſſima eſt, etiam extra Themidis caſtra militantibus, denotatq; metallum illud poſt aurum pretioſiſſimum: deſcendit verò à Græco *ἄργυρος*, quod ſic dicitur *παρὰ τὸ ἀργὸν, τὸ λευκὸν*, ab albo. Gerard. Joann. Voſſ. *in Etymologico ſingv. Latin. in voce Argentum.* *Etymologia.*

§. II. Et generaliter, argento legato, continetur, quicquid auri argentiq; relictum ſit, *l. 19. pr. de Aur. arg. mund. legat.* Sive factum, quod certam ſpeciem ſeu formam jam recepit. Silbern ſervis, Silber-Geſchirr: Eſtque argentum eſcarium, potorium, viatorium, balneare, quod alias dicitur argentum ad miniſterium, *d. l. 19. §. 9. & 12. l. 5. §. 14. ff. Commod.* & ab hoc miniſterio Galli petunt rationem denominationis, dum vocant ſervice d'argent, argentea vaſa ſternendo triclino neceſſaria. Anton-Günter Fritz. *ad d. l. 5. §. 14 ff. commod.* Sive infectum, quod rudem adhuc maſſam continet, ad quod pertinent contuſa & colliſa vaſa argentea, *d. l. 19. §. 11. & l. 27. §. 3. eod.* Non verò pecunia ſignata, ut ſunt Philippi, numiſmata, & ſimilia, *d. l. 19 pr. & l. 27. §. 1. & 4. in* *Argentum legatum quid denotet?* *Non includit pecuniam numeratam.*

& 4. fin. cod. Galli quidem ex linguæ ſuæ proprietate per vocem *l' argent* maximè pecuniam Signatam indigitant, legatoque omni argento pecuniam quoque numeratam deberi volunt: Autumn: *in Cenſ. Gall. ad l. 27, §. 1. de aur. arg. mund. legat.* Quod tamen noſtris & aliorum moribus non convenit, quibus inter aurum & argentum pecuniamq; numeratam, Geld und Silber/ perpetua eſt diſtinctio, *per l. 4. de V. Sign.* Dn. Struv. *in Jurisprud. Rom. Germ. For. lib. 2. tit. 24. aphor. 14.*

Argenti ſignificatio ſpecialis. §. III. Interdum tamen abſolutè poſitum ſpecialius accipitur pro argento facto, ſive ſupellectili argentea, uti apud Plautum in hoc ſignificatu occurrit: Tu eſto lectiſterniator, tu argentum eluito, & apud Cic. cum eſſent triclinia ſtrata, argentumq; expoſitum in ædibus. Sic eodem modo ſumitur pro argento ſignato, h. e. nummis argenteis: Et ita eodem utitur Ter. *in Phorm.* Emunxi argento ſenes, *& in Heaut.* Argentum cudo: Calepin. *in voce Argentum.* Et hanc ſignificationem potisſimum, aliis ſcil. non neglectis, noſtram facimus, quatenus pro pecunia accipitur.

Pecuniæ ſignificatio. Hæc verò apud JCtos denotat non ſolùm pecuniam numeratam baar Geld/ *in l. 7. §. 3. ff. ad SCtum Maced.* ſecundum communem uſum loquendi, Bart. *in l. 30. ff. de legat. 1.* maximè in ſtatutis exorbitantibus & odioſis, *Id. cit. loc.* in reſcriptis, quæ

Generalis. ſtrictè accipienda ſunt, Roman. *Singular. 210.* Sed & res fungibiles omnes, *l. 1. §. 4. l. 2. l. 3. pr. ff. de Calumniat.* Ziegler. *de off. Jud. Concluſ. 20. n. 21. in fin.* Vant. *de Null. pag. 523. n. 137.* Eoque nomine commendatur à Prætore in edicto de conſtituta pecunia, *l. 1. § 1. & 5. ff. de conſtit. pec.* Posſibile enim eſt omnes res in pecuniam converti, *l. 2. § 1. C de conſtit. pec.* pecunia verò nullam æſtimationem recipit, ſed illa potius, tanquam æſtima-

æſtimationem certam ac perpetuam habens, res omnes æſtimat, *l. 1. ff. de contr. emt.* Unde & genus illorum generum eſt, & præter res fungibiles, qvæ conſtant pondere, numero, & menſura, *l. 2. §. 3.* verb. *pecunia: ff de reb. cred.* ad res omnes in patrimonio exiſtentes, ſive corporales, ſive incorporales, ſeu mobiles, ſeu immobiles ſint, extenſa eſt, *l. 4. 5. 178. & 222. de V. S.* Frantzk. *ad tit. de Condict. Tritic. num. 3.* Wiſſenb. *ad l. 5. ff. de V. S.* Et ſcribit Auguſtinus de *Doctrina Chriſtiana*, qvod pecunia ſit, quicqvid homines habent in terra, videlicet omnia, qvorum domini ſunt, ut habetur *in c. totum. c. 1. qv. 3.* Beſold. *Theſaur. Pract.* voc. Geld. Sic nos ſcopo noſtro inſervientes hanc generalem pecuniæ ſignificationem applicabimus argento, nec curabimus cum ſacratisſimo Imperatore Juſtiniano aliorum ſubtilitatem, qui non ſenſum, ſed vana nominum vocabula ampleꝗti deſiderant, *d. l. 2. §. 1. C. de conſt. pec.*

Argentum quomodo hîc accipiatur.

§. IV. Alterum *Argentanginæ*, ut compoſiti, vocabulum ſimplex eſt *Angina*, in cujus deſcriptione Medicorum placita ſequemur, ad exemplum JCti Pauli, in *l. 12. ff. de ſtat. homin.* Ex morbis, qui populariter graſſantur, inquit Renatus Moreau, *Medicus Pariſienſis in epiſt. ad Thom. Bartholin. quæ annexa eſt hujus tract. de Angina puerorum Campaniæ Siciliæq́; Epidemica, pag. 124.* frequentisſima eſt Angina, ab ἀγχόνη Græcorum dicta, non ſecus, ac ango ἀπὸ τοῦ ἄγχειν, quod ſtringere & ſtrangulare ſignificat. Eſt enim Angina ἀναπνοῆς πίεσις, quemadmodum loquitur Aretæus, ſuffocationi juncta, velut à conſtringente laqueo, quo nomine ab Hiſpanis *Garrotillo*, ſtrangulatio appellatur, ut eadem patiantur Angina laborantes, quæ facinoroſi homines, cum, injecto circa collum fune, ſtrangulantur. Non conſtat, quo vocabulo Veteres

Angina ex placitis Medicorum deſcribitur.

Veterum expressio hujus morbi.

teres affectum hunc vocaverint; aut συνάγχην aut κυνάγχην. Hanc perpetuo vocem usurpasse Hipocratem observavimus, quasi canum morbum esse voluerit, vel quod eo affectus genere canes tententur, vel quod etiam per valetudinem exerere linguam soleant, quod in angina sæpe contingit, lingvâ propter inflammationis vehementiam non solùm oris capacitatem implente, sed extra quoque dentes prominente. Video tamen apud Aretæum & Cœlium Aurelianum Anginam appellari συνάγχην ἀπὸ τοῦ συνέχειν ἔνδον καὶ ἄγχειν, quasi interius urgentem & angentem. Sed utcunq; vocata fuit, gravis illa est, periculosa, & ipso aspectu horrenda, quod deglutitionem & respirationem intercipiat, atq; eo ipso metuenda est, quod, quibus subito finita est, in plumonem id malum transeat, & sæpè intra septimum diem occidat, vel saltem aliqua parte suppuret. *Hæc ille.*

Singularis Anginæ species remissivè.

Singularis & rara Anginæ species in illustrissimo Comite de Draskovvitz ex Magnatibus Hungariæ notata est in *Ephemerid. Medico-Physic. German. curios. ann. II. observ. 14.* Notari hîc simul oportet votum illud adolescentis Plautini, *in Mostellar. a. 1. sc. 3. v. 61:*

In anginam, inqvit, *ego nunc me velim verti, ut venifica illi*
Fauces prehendam, atq; enecem scelestam stimulatricem.

Angina homonymia.

§. V. Angina verò præter adductum significationem significat & ancoram. Isidorus funem nauticum interpretatur, quo antenna constringitur; & hoc modo angina ancora dicta erit, quia angit & constringit. Exprimunt vero in hoc significatu etiam per antiquinam, Rosin. *antiquit. Rom. l. 10. c. 20.* & anguinam, Taubman. ad *Plauti Mostellar. d. l. vers. 61.*

Συνάγχη unde?

Συνάγχη autem dicitur angina non à συνέχειν, continere, quod spiritum continendo respirationem neget, uti vult Cœlius Aurelianus; nam

nam omnino ab *ἄγχω* venire, judicat quoque vox *ὀργυ-ράγχη*. Vossius *d. l. voc. Angina*.

§. VI. Dea, quæ Anginæ præerat apud Romanos, *Angerona* sive *Angeronia* dicta fuit, vel ab *angendo* sive *angoribus*, quibus medebatur: & *Angeronia* dicta, quod anginam morbum vel quod angores & anxietates pellat. *Angerona* vero dicta, quia angit & comprimit. Nam est Dea *ἐχεμυθίας*, silentii. Ideo in glossis Philoxeni *Angeronia* dicitur Dea consilii & temporum, *ἡ θεὸς τῆς βυλῆς καὶ καιρῶν*. Quamvis alii ambigunt, annon potius legi debeat *Angeronia*, quæ sic dicta, quod ad agendum excitet. Sed sana est vulgaris lectio. Nam *Angeronia* ideo consiliis præest, quia in iis opus est silentio. Consilia enim non sunt consilia, si ea hostes rescíscunt. Ideo simulacrum Angeronæ fuit ore obligato signatoque, ad indicandam taciturnitatem, quæ in arcanis seu sacris seu consiliis opus. Laudatus Vossius *in Etymolog.* voc. *Angerona*. Inde est lusus ille ingeniosus Martialis Britanni ad Theologum;

Dea Angerona huic morbo præfecta fuit.

Hujus denominationis ratio.

Consiliorū vis in taciturnitate.

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter:

ad Politicum:

Si sciat hoc alter, scire tuum nihil est.

Ovven. *l. 2. Epigram. 43.* Simulacrum hujus Deæ Romæ in ara Volupiæ collocabatur, propterea, quod qui suos dolores anxietatesque dissimularent, pervenirent patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Rosin. *antiquitat. Romam. l. 2. c. 19. p. 179. edit. novis.* Celebrabantur in honorem hujus Deæ festa *Angeronalia* XII. Calendas Januarii, eidemq; sacrificabant, quod populus Romanus morbo, qui angina dicitur, præmisso voto esset liberatus. Id. *l. 4 c. 17 p. 300.*

Ara Volupiæ huic Deæ sacra fuit.

Angeronalia.

§. VII. Ab hisce simplicibus, *Argento*, scilicet, &

Angina, compoſitum eſt *Argentangina*, Græcè ἀργυράγχη, quæ lepidè à quodam confiſta fuit contra Demoſthenem. Cum enim Legati Mileto publicæ rei cauſa venissent Athenas, auxilii fortaſſe petendi gratia, Demoſthenes verò Mileſiorum poſtulatis acriter reſpondiſſet, neq; Mileſios auxilio dignos, neque è Republica id eſſe contendiſſet; re in poſterum diem prolatâ, Legati ad Demoſthenem venerunt, magnoque opere rogârunt, ne contradiceret: is pecuniam petiit, & quantum petierat, abſtulit. Poſtridiè cum res agi denuò cœpta eſſet, Demoſthenes lana multa collum cervicesq; circumvolutus ad populum prodiit, dixitq; ſe συνάγχην pati, eò contra Mileſios loqui non quire. Tum è populo unus exclamavit: Non συνάγχην, quod Demoſthenes pateretur, ſed ἀργυράγχην eſſe, non Anginam ſed Argentanginam. Ipſe etiam Demoſthenes non id poſtea concelavit, quin gloriæ quoq; hoc ſibi asſignavit. Nam cum interrogaſſet Ariſtodemum actorem fabularum, quantum mercedis, ut ageret, accepiſſet: Et Ariſtodemus talentum reſpondiſſet: at ego plus, *inquit*, accepi, ut tacerem. A. Gellius *in Noct. Attic. lib. 11. cap. 9.* Occaſione hujus poſtea increbuit *Argentangina*, hacque notatur corruptio Judicis, Advocati, aliorumque, qui pecunia corrupti, Argentangina laborare dicuntur, dum ea, quæ officii ratio exigit, non agunt, nec obſervant, ſed argenti amore ſilent turpiter conſtricti. Uti enim Angina comprimit os fauceſque; ſic argentum hiſce lingvam obligat & labra conſtringit. Simili joco *Anginam vinariam*, pati dicitur, qui vino ſuffocatur, Græcè οἰνάγχη. Sic apud Tertullianum in *Lib. de Anima cap. 48.* occurrit *mentis angina*. Voſſ. *d. l. voc. Angina.*

Argentanginæ ratio denominationis.

Applicationis ratio.

Angina vinaria mentis

Synonymia

§. VIII. Argentanginæ Synonyma ſunt corruptio, ſor-

fordes, quibus æquipollet pecuniaria avaritia, *l.3.§.1.l.9.§.3.ff. de recept. l.3. C.eod. l.15.ff. de jud. l.26.§.4.ff. ex qu. c. maj. l.7 §.8.ff. de min. l.7.§.2.ff. de administr. tut. l.51.ff. de evict. c.1. de re jud. in 6.* Germ. Geldsucht / nonnemo *in Mercurio pacis* vocat Louys d' or-sucht. Nam quod in illis locis dicitur per fordes, hoc pecuniâ acceptâ dicitur fieri in *l.1.§.2.ff. de magistr. conv. l. 8.§.ult.ff. Mandat.* fordideque agere dicitur tutor, qui avarè agit. *l.3. §.5 ff. de suspect. tut.* & pecunia corruptus rem pupilli negligit. Calvin. *in Lexic. Jur. voc. Sordes.* Sic fordidus Ædilis repetundarum accusatur apud Sueton. *in Domitian. cap. 8.* hicque Domitianus Imper. omnes circa se largisfimè profecutus, nihil prius aut acrius monuit, quàm ne *quid fordidè facerent.* Id. *cit. l. c. 9.* Judicis verò corruptio seu Argentangina in specie vocatur aliàs à Dd. *Barattaria*; item Simonia, Farinac. *de Var. & divers. crim. qu. 111. num. 6.* leges enim, quæ etiam facratisfimæ dicuntur, *l. 9. C. de LL.* venduntur, Mascard. *de Probat. vol. 1. conclus. 164. n. 10.* de qua in cap. 2. agendum erit; Judicesq; dicuntur numarii, qui pecunia corrupti judicant. Calepin. *in voc. numarius*; de quibus Svetonius *d. l. cap. 8.* in vitâ Domitiani Numarios *ait*, Judices, cum suo quemcunque consilio notavit.

Sordes quid?

Barattaria

Judices numarii.

§. IX. Judicialis verò dicitur hæc Argentangina, de quâ nos agimus, quod ad corrumpenda judicia adhibeatur, actibusq; judicialibus & personis fit propria, ad distinctionem extrajudicialis, quæ multis modis tum privatim, tum publicè committi solet. Ad publicam extrajudicialem, (ut privatam taceamus) pertinet famosa illa *officiorum nundinatio*, de qua agi solet in Jure nostro *ad l. un. ff. & C. ad L. Jul. ambit. Nov. 8. c. 8. 1. F. 2.* Rittershus. *ad Nov. p. 2. cap. 2. num. 14.* Gryphiander *in Oeconomic. legalib. l. 1. cap. 29. num. 55.* Lather. *de Censu lib. 3. c. 17.* Nostro

Argentangina cur dicatur judicialis.

Datur etiam extra judicialis. e. gr. Nundinatio officiorũ

Noſtro hoc ſeculo mundinatorio vix ullus eſt accuſationi ambitus locus. In Gallia, teſte Mornacio, nullum munus publicum, qualecunq; illud ſit, præter regni annulum ſeu nomophylaciam & Cancellariatum, quod ſtupendo pretio non veneat. Wiſſenbach. *ad ff. Vol. 2. Diſp. 36. th 19.* Hinc tot querelæ inter ipſos Galliarum terminos à Gallis audiuntur. Pœnarum, *inquit* Bodinus *de Re-publ. lib. 5. c. 4. fol. 551. lit. B. edit. Lugdun.* ac præmiorum distributio nunquam ſperanda videtur, quamdiu honores, Magiſtratus, Imperia, ſacerdotia, Curationes in *Officina tabernaria mercatorum publicis venditionibus quaſi ſub haſta proſcribentur;* Id quod non ſine acerbisſimo dolore diutisſimè ſpectavimus: Quo malo nullum in Republ. gravius excopitari poteſt. *Et paulo poſt:* Nam qui Magiſtratus, ſacerdotia, Imperia venalia eſſe volunt, rem omnium ſacratisſimam, ſcilicet ſacra ipſa jura, judicia, leges, ſanguinem innocentium hominum, & quæcunqueRempubl. continent, in commercium omnium fœdisſimum cadere patiuntur. Iidem ſcientiarum, pietatis ac virtutum omnium præmiis penitus ſublatis, ad furta, rapinas, ſordes, injuriam, inſcitiam, ad omnia deniq; vitia aditum aperire non dubitant. Conf. Thuanus *Hiſtor. lib. 24.* Hinc eo nomine pesſimè audit Gallia apud Lanſium *in Conſult. contra Galliam pag. m. 206. & ſeqq.* Matthæum *de Crimin. lib. 48. tit. 11. c. 2. num. 3.* Lather. *de Cenſu lib. 3 cap. 17.* Quàm vellem! *ſunt verba Forſtneri ad Tac. Annal. lib. 1. c 2. pag. 16.* non hac infirmitate Europæ noſtræ provinciæ penè omnes laborarent. Niſi me omnia fallunt, funus erunt; aut vehementisſimâ & ingratisſimâ medicinâ pellenda erit tanta morbi vis.

Bodini querela contra hanc.

Forſtneri judicium de Europa.

§. X. Sed uti hæc nundinatio publica in numerum illicitorum refertur: ſic damnare haud poſſumus vendi-

venditionem munerum publicorum, quæ cives maximé de rebus ſuis præſtare tenentur; cum Reſpublica ſic fine ſuo potiatur honeſtė, tributa quoq; ſine fraude & juſto gravamine civium cogat. Hinc in Belgio fœderato collectæ, quæ vectigalium & *Accıſarum* nomine celebres ſunt, & de ſingulis mercium generibus præſtari ſolent, elocantur. Nam cum Reipubl. adminiſtratores illos, qui ut Epiſcopi, *l. fin. §. 7. ff. de muner. & honor.* ſeu Inſpectores publica fide ſunt conſtituti, apud nos die Acciſe-Einnehmer und Auffſeher / intra fidei juratò præſtitæ terminos ſatis continere non poſſint, quo minus eſculentis & potulentis, aliisq́; muneribus ſæpius capiantur; maximė, ſi eligantur, quibus curta domi ſupellex eſt, ſicq́; præmiorum turpium ſpe in importanda & exportanda non fideliter inqvirant; cum & aliàs quæ communiter poſſidentur, communiter negligantur, *l. 2. C. quando & qu. quart.* Satius eſt, magisq́; ė Republica, ſimiles proventus certis perſonis ſub certa lege elocari, qui ſuis commodis intenti invigilabunt diligentisſimė. Sicq́ue ſimilium Epiſcoporum, qui ſuis loculis, non Reipublicæ operam dant, curâ perfidâ commodė carere poſſunt civitates. *Locatio Acciſarum in Belgio.*

§. XI. Elocandi autem ratio ſic peragitur. Quotannis in ſingulis civitatibus & territoriis Ordines programmate, typis deſcripto, publicisq; locis affixo, tempeſtivė indicant, ſe ſtato die & loco hæc aut iſta vectigalia privatis, maximam pro iis ſummam pecuniæ oblaturis, elocaturos, iis legibus ac conditionibus, quæ formulis edictorum, de iis vectigalibus publicatorum, continentur. Ubi ſtatus dies ille illuxit, Ordinum legati per præconem publicum dictorum vectigalium redemtionem velut haſtæ ſubjiciunt & vendunt, ut in publica auctione. Is qui conductor eſt aut redemtor, Telonarius, vulgò *Modus elocandi.*

vulgo Pachter appellatur, cogiturq; idoneis fidejussoribus illo ipso momento cavere, ne quid Respublica capiat detrimenti. Si enim redemtor aut conductor deficiat in præstanda pensione annua, quam obtulit, fidejussorum ipsorum bona ac fortunæ distrahuntur, quo ex iis Respublica ea, quæ debentur, sibi possit reportare. Si enim redemtor aut conductor deficiat in præstanda annua pensione fidejussores locum ejus subire tenentur. Ad præveniendas civium fraudes duo imprimis utiliter sunt recepta. Nam & bajuli omnes civitatum, qui vehunt ac portant merces, quarum nomine vectigalia sunt instituta, solenni juramento quotannis se obstringunt, in privatorum ædes nullas earum mercium illaturos sese, nisi exhibitâ sibi, & acceptâ schedulâ, quâ testatur redemtor vectigalium sibi esse satisfactum. Secundum est, quod immanes pecuniarum mulctæ eos omnes maneant, qui vel in re modica tantùm redemtorem fefellisse deprehenduntur. Boxhorn. *de Statu Fœderat. Belgii cap. 24. § 46. 47.*

Remedia cōtra fraudes.

§. XII. Sed hæc obiter adducere placuit occasione nundinationis publicæ, cujus, ut & aliarum extrajudicialium modorum securi submittimus descriptionem Argentanginæ Judicialis, dicimusque esse *crimen quod committitur ab iis, qui in judicio & causis judicialibus officium suum ob munera accepta vel promissa negligunt.* Et cum diversæ sint personæ, quæ judicium constituunt, officiumque suum præstant in judicio, uti seqventia docebunt; de singulis quoque tum principalibus, tum minus principalibus personis distinctim agemus, quidque jure dispositum & pœnæ nomine constitutum sit, pro ingenii modulo subjiciemus.

Describitur Argentangina judicialis.

CAP.

CAPUT II.

De Argentangina Judicis.

§. I.

JUdiciorum sanctitatem & integritatem in judice potissimum sitam esse, qvilibet nobiscum fatebitur. Si enim hic conscientiæ habet rationem, & ubique boni & innocentis viri fungitur officio, secundum Ulpiani responsum in *l. 4. §. 1. ff fam. ercisc.* nec extra oleas officii sui divigatur, nec eundem civium ardor prava jubentium mente qvatit solida; sed ut bonus atque fidus judex honestum præfert utili & rejicit alto dona nocentium vultu, Horat. *lib. 4. Od. 9.* Omnia sancta deprehendes in judicio, nulla iniqvitatis labe maculata. Nec melior in auribus hominum vox resonare potest, quam si cum Romanorum continentissimo C. Gracho judex de se prædicare possit: *Ita versatus sum in provincia, ut nemo possit verè dicere, assem aut eò plus in muneribus me accepisse, aut mea opera quenquam sumtum fecisse. Biennium jam fui in provincia, si rectâ meretrix domum meam introivit, aut cujusquam servulus propter me sollicitatus est, omnium nationum postremissimum nequissimumq́, existimato. Cum Româ profectus, Zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. Alii vini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportarunt.* A. Gell. *in Noct. Att. lib. 15. cap. 12.* Hæc uti Rempublicam florentem & cives ex omni parte beatos reddunt, *Nov. 163. pr.* Sic è contrariò judice injusto nihil pejus magisque damnosum in Republica excogitari potest, qui non per solas leges & jura judicat; sed cui obedientia voluntatis magis cordi est, quàm veritatis custodia, contra dispositionem *can. 4. C 3.*

Judicis integritas & Conscientia.

Judici injusti qualitas.

quæst. 7. Qui non est justo sed utili causæ justitiam decernit,

Nummus ubi loquitur, Tullius ipse tacet.

apud quem tinnulæ rationes præcipuam vim habent persvadendi; Et quod diverbii loco circumfertur: Argenteis hastis pugna, & omnes vinces, hat einer Geld / so ist er ein Held / und der mit güldnen Aepffeln werffen kan / der behält das Feld: Lather. *de cens. lib. 2. c. 6.* Nathen. *in justit. Vulner. p. 2. tit. 3. c. 1. num. 7.*

Notantur Judices, qui pecunia redimunt officia.

§. II. Hujus autem commatis potissimum esse solent, & præsumtio venalis justitiæ contra hosce militat, qui judicandi munus pecuniâ, (quæ dicebatur suffragium, Cujac. *in Paratitl. ad Nov. 8.*) redemerunt, emtaque nituntur dignitate. Observatum enim est, eos, qui emêre potestatem aliquam, ejusdem exercitium, ne pretium periret, sordidè vendere. Nec unquam facilè, qui malis artibus cœpit, eas in progressu omisit aut neglexit. Dn. Ziegler. *de Offic. Jud. Conclus. 7. num. 6.* *An certè non omnibus manifestum est, quoniam qui aurum dat, & ita administrationem emit, non dat hoc solùm, quantum occasione adinventum est suffragiorum, sed & aliud extrinsecus addit amplius occasione commodi administrationem aut dantibus aut spondentibus? & sic uno principio illicito dato, plurimas necesse est manus circumire eum, qui donationem facit: Et hoc non de suo forte præbere, sed mutuatum, & ut mutuare possit, damnificatum, & computare apud se, quia convenit eum tantum ex provincia percipere, quantum liberet ei quidem debita, sortes & usuras, & damna pro ipso mutuo, computabit autem & in medio expensas largiores, jam & judici, & qui circa ipsum sunt, convenientes: & quendam etiam sibimet recondet quæstum in tempore sequenti, in quo fortè non administrabit. Quapropter ejus, quod ab eo datum est, triplum, magis autem, si opor-*

ſi oportet verius dici, decuplum erit, quod à ſubjectis noſtris exigitur: & ex hoc etiam fiſcus imminuitur, nam ea, quæ oportebat in fiſcum inferri, eò quod adminiſtrationem habet, puris utentem manibus: hoc ad propriam utilitatem redigentes, qui adminiſtrationem habet, & inopem faciens nobis collatorem, inopiam ipſius, quæ per ipſum agitur, nobis reputat & quanta impiè talia fiunt, ad horum furtorum meritò relata occaſionem? Adminiſtrationes namq; habentes provinciales, ad hanc acceptionem reſpicientes, multos quidem reorum dimittunt, vendentes eis delictum: plurimos autem innoxiorum condemnant, ut noxiis præſtent, & hoc non ſolum in pecuniariis cauſis agitur, ſed & in criminalibus, ubi de anima eſt periculum, fugæque fiunt ex provinciis, & confluunt huc omnes ingemiſcentes, ſacerdotes, & curiales, & officiales, & poſſeſſores, & populi, & agricolæ, judicum furta meritò & injuſtitias accuſantes, & hæc non fiunt ſola, ſed etiam civitatum ſeditiones, & publicæ turbæ plerumq; pecuniæ cauſa fiunt atq; ſedantur, & omnino una quædam eſt hæc omnium occaſio malorum: & accipere ſuffragium à Judicibus, totius nequitiæ eſt principium & terminus: eſt quoque hoc ſacrorum eloquiorum mirabile & verum: quod avaritia omnium ſit mater malorum, maximè, quando non privatorum, ſed Judicum inhæret animabus. Quis enim ſine periculo non furetur, quis non latrocinabitur ſine reatu ad adminiſtratorem reſpiciens? Illum namq; videns omnia auro vendentem, & præſumens, quia, quicquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet: hinc homicidium, & adulterium & invaſiones, & vulnera, & raptus virginum, & commerciorum confuſio, & contemtus legum & Judicum omnibus hæc venalia propoſita eſſe putantibus, tanquam aliquod vilium mancipiorum &c. Nov. 8. pr. Quam conſtitutionem Henricus Agylæus, referente Matthæo Stephani *ad d. Novell. num. 16.* prædicat, *dicens eam dignam eſſe, quæ grandiuſculis literis* *encomium Nov. 8.*

& quidem aureis describatur; eoq; loco affigatur, quasi ubi specialiter sit in conspectu Principum virorum: dignam quoq;, ut Principes viri eam ab ineunte ætate in manus sumtam nunquam per omnem vitam de manibus deponant, sed perpetuò meditentur: quam deniq; solam ex omni philosophia assumant in exemplum gubernationis. Quin & ipse Imperator tanti illam Novellam fecit, ut eam in templis recondi voluerit inter sacra vasa, tanqvam donarium, sive anathema quoddam. Hinc vitio hanc justitiæ nundinationem vertere non potuisset Imperator Alexander Severus, si passus fuisset mercatores potestatum. Sed *non patiar*, inquit, *mercatores potestatum, quos, si patiar, damnare non possum: constitui enim punire eum hominem, qui emit & vendit.* Lampridius *in Severo p. m. 574.* Gothofr. *ad Nov. 8. pr.*

Juramentum Officialium contra hoc malum.

§. III. Quo itaqve Judices absterrerentur á simili emtione muneris, & mala ex tali contractu instar herbæ irriguæ succrescentia averterentur, Imp. Justinianus remedium saluberrimum esse judicavit *juramentum*, scilicet se nihil dedisse nec promisisse, uti ex formula juramenti, quæ habetur post Epilogum *Nov. 8. tit. 3.* pluribus videre licet. Quod ante administrationem susceptam præstare tenebantur Præsides, quorum appellatione etiam judices veniunt, hinc & veteris interpretis Codex hunc habet titulum: *Ut Judices sine quoquo suffragio fiant* Steph. *ad d. Nov. n. 12. 13.* Et tam dantes, quàm accipientes puniebantur, uti apparet ex contextu *alleg. Nov 8. dict. tit. 3.* Inter alia verò in allegata juramenti formula verba finalia horrendas & horribiles diras & imprecationes continent, & ita sonant. *Si vero non hæc omnia ita servavero, recipiam hic & in futuro Ceculo in terribili judicio magni Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, & habeam partem cum Juda & lepra Giezi & tremore Cain;*

Judices Præsidum nomine veniunt.

Imprecationes juramenti notabiles.

Cain; insuper & pœnis, quæ lege eorum pietatis continentur, ero subjectus. Qvis non totus animo & corpore hic cohorresceret?

§. IV. Movens etiam Argentanginæ causa esse solet defectus salarii, si Judices sine salario constituantur; nam cum plurimis ad vitæ cultum necessaria subsidia desint, paupertate pressi malè agere discunt, nec fameslici facile ab alieno cibo abstinent, si sit oblata quovis modo edendi facultas. uti hoc simili id ipsum illustravit Innocentius I. Pontif. Rom. apud Gryphiandrum *Oecon. legal. lib. 1. c. 16. n. 169.* Optimum ergo abbreviandarum litium remedium est, si Princeps aut populus suis Judicibus ex publico salarium constituant sufficiens, *Nov. 17. c. 5. § 2. c. 16. X. de præb. c. charitatem. c. 12. qv. 2. c. Ecclesiasticis c. 12. qv. 2.* Nathen. *de Justit. vulner. pag. 589.* Pacian. *de probat. l. 2. c. 44 n. 82. & seqq.* sic enim fiet, ut lites citius & sine aliqua spe lucri dirimantur. Tholosan. *de Republ. lib. 2. cap. 6 num. 16. & 18.* Quod ipsum serio jamdudum svasit Autor discursus von Justitien Werck apud Wehnerum *in observ. pract. voc.* Justitzwesen. *pag. 283. edit. Nov.* Wenn man aber so Gottesfürchtige/ Ehrliche/ redliche/ vornehme/ gelährte und verständige Leute hat/ so ist auch billich/ daß denselben ein ehrliches/ davon sie nicht allein sich und die Ihrigen nothdürfftiglich unterhalten/ sondern auch davon etwas/ dessen nach ihrem absterben ihre hinterlassene Wittben und Kinder sich zuerfreuen haben mögen/ erobern können/ verordnet und gegeben werde. Welches auch umb zweyerley Ursachen willen gar hochnöthig und dienlich ist/ vors erste darumb/ damit sie lang bey solchem Ampt und Dienst bleiben/ und nicht/ wann sie nun am besten erfahren seyn und zum nützlichsten gebraucht werden können/ wegen der gerin-

Salarii defectus causam dat Argentanginæ.

Salarii Constitutio remedium contra eandem.

Ejusdem utilitas.

gen Besoldung und Unterhalts/ andere ihnen zu handen kommende Gelegenheit/ (darin Sie auch nicht zu verdencken seyn/) wenn Sie mehr davon haben können/ annehmen/ und sich vom vorigen Dienst abgeben/ und man hernach erst angehende ungeübte Leute an ihrer statt gebrauchen müste. Vors andere/ damit sie sich auch umb soviel mehr aller corruptelen/ Geschenck und Gaben &c. enthalten mögen. Illustri exemplo Principum animos in hoc firmare voluit Alexander Severus, qui illos, qvos jurisdictioni admovebat, teste Lampridio *in ejus vita p. m. 567.* omnibus instruebat rebus ad vitæ cultum pertinentibus, rhedâ qvoq; & mulis, reddendis in qvadruplum, si fraudulenter jus administrassent, retinendis autem, si laudabiliter spartam suam exornassent, Ziegler. *de off. Jud. conclus. 20. §. 3. in fin.* In Imperio nostro ad continuandum officium, evitandam omnem labem, & honestius sustinendam dignitatem, Assessores Cameræ Spirensis præ aliis Principum Consiliariis pinguiori gaudent salario annuo, summaq; 700. flor. (Vid. *Ordinat. Cam. pag. 1. tit. 47. pr.*) ad mille imperiales, sine distinctione, cum olim Comites & Barones tantùm 700. flor. reliqui verò 500. tantùm haberent, aucta fuit, *per Recess. Noviss. de Anno 1654.* §. Dieweil auch *11.* Blum. *Process. Camer. tit. 7. §. 123.* Qvomodo verò vitæ suæ genus Cameræ Assessores instituere debeant, præscriptum invenimus, *d. Ordin. Camer. pag. 1. tit. 58.* ibi: Es sollen sich auch insonderheit die Beysitzer mit zierlicher Ehrlicher Kleidung/ auch sonst allem Wesen und Wandel vor andern also stattlich/ ehrbarlich und tapfferlich halten und erzeigen/ damit sie Ihr Liebd. und Käyserl. Majestät und den Ständen des Reichs zu Ehren gegen männiglich in äusserlichen Schein dafür angesehen/ wie billich/ geachtet

Salarium Assessorum Cameræ.

geachtet und gehalten werden/ wie sich auch ihrem Stande nach wol ziemet und gebühret.

§. V. Non verò constituenda sunt salaria in pœnis & mulctis, an Straffgeldern/ Florez Diez. *var. practicabi. qv. lib. 1. qv. 8.* Nathen. *justit. Vulner. p. 2. tit. 3. cap. 4. num. 2.* hoc enim modo judicum avaritia & argentangina maximè augeri & promoveri, justitiaq; vindicativa violari solet. Nam si finem in æstimatione pœnarum observare volumus, vix ac ne vix quidem eundem obtinebimus, nec alios in salutem Reipublicæ à vitiis deterreri, & ad virtutem colendam adigi videbimus, si pecuniaria pœna in locum aliarum substituatur, utpote cujus Judices, cum partem salarii inde percipiant, potiorem habebunt rationem. Justitia qvoq; in eo deficiet, qvod dolor per pœnam similem personæ delinqventi non semper ex æqvo inferatur, qvod tamen in omni pœna æstimandum venit, Struv. *Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 1. thes. 32. & seqq.* Nam si e. gr. in puncto stupri aut alterius gravioris & magis ignominiosi delicti pœna certa pecuniaria statuta esset, ecquis non observabit delictum hoc modo potius frequentari quàm minui? Stuprator enim facilè pœnam pecuniariam stupratæ subministrabit, & judex pro damno Reipublicæ, propter lucrum privatum, non adeò sollicitus erit de alia pœna infligenda. Numne sic pœna delicto proportionata dici poterit, quæ delinquenti nec dolorem, nec aliis terrorem inferit? Sic inverso ordine imminutis pœnis crescent delicta, cùm aliàs maleficiorum supplicia exacerbantur, qvotiens nimium multis personis grassantibus exemplo opus sit, *l. 16. §. fin. ff. de pœn.*

Salaria non in pœnis constituenda sunt.

Incommoda; quomodo justitia inde lædatur.

§. VI. Hinc multorum etiam consilium est, ne scil. Præfectis den Amptleuten/ aut Fiscalibus seu Fisci Pro-

Præfectorii & Procuratorum fisci avarium.

Procuratoribus, (prout alicubi moris eſt,) aliqva pars deferatur pœnarum pecuniariarum, ſed certum detur ſalarium. Sic & ipſis deerit occaſio, qvenquam inquiſitioni vel accuſationi avarè & temerè reddere obnoxium. Qvorum aliqvi multi non ſunt abſimiles chirurgis, qui ut multis ruſticorum vulneribus, ita plurimis ſubditorum delictis gaudere ſolent & impiè dicunt: Es haben dieses Jahr über die Brüche oder Geldbussen/ GOtt sey Lob und Danck/ ein ehrliches getragen. Qvaſi Deus gaudeat & applaudat ejusmodi delictis & malitiis, qvarum caput eſt diabolus: Valentin Winther *in parthen. litig. lib. 1. cap. 14. n. 2.* ſoletque bonus Princeps vel magiſtratus non blandiri ſed iraſci, quando rationes officialium mulctis litium criminalium nimis infarcitas viderit; nec cenſet ejusmodi mulctarum compendia (prout hoc ſeculo communiter fieri amat,) optimos jurisdictionis fructus, Gerichtsfälle: *Id. cit. l. n. 3.* Et tum eſt, cur reſpiciatur & inquiratur, an omnes ejusmodi mulctæ ſint in ultionem violatæ juſtitiæ exſolutæ, vel iniquè excuſſæ, vel etiam ab iis, qui non pecunia, ſed pœna corporis afflictiva, vel capitali meritò fuiſſent plectendi, datæ, ne fiſcus peremtorum ſanguine impleatur pro pecuniæ commodo, & ne marſupiis evacuandis comedantur populi peccata. Qvod non ſine ſcandalo publico, & S. S. juſtitiæ jactura non raro fieri, experientia eſt teſtis: uti graviter conqveritur celeberrimus criminalium obſervationum Doctor, Oldekop. *tit. 3. Obſ. 3* Hocque ipſum, de adempta mulctæ communione ſaluberrimè conſtitutum obſervamus *in Receſſu provinciali Elector. Brandenb. de An. 1653. §. 27.* Die Fiscales auch/ so ihre fixa salaria haben/ müssen von den mulctis nicht participiren/ sondern sich mit ihrer Besoldung / so in

in ihrer Bestallung enthalten/ und sonst mit ihren Accidentibus vergnügen lassen.

§. VII. Jam ad Argentanginam Judicis propius accedentes, videamus, quomodo ipse Judex actu corrumpatur: Fit verò illud, si Judex pecuniam aliudvè munus pro pecunia, *l. 1. §. fin. ff. de calumniat.* accipiat, jus dicturus, venalemque sic habeat justitiam; sufficitque si saltem pecunia vel aliud quid promissum sit, *Auth. novo jure, ibi, se dedisse alicui vel promisisse, C. de pœn. Judic. qui mal. judic. l. 4. C. ad L. Jul. repetund.* Nam licet promissio hæc promittentem non obliget, ut inde conveniri possit, cum turpitudo annulet promissionem, *§. 23. Instit. de inutil. stipulat. l. 26. & seqq. l. 123. de V. Obl. l. 7. §. 3. ff. de pact.* adeoque promissum non cadat in debitum, quod Brocardicon alias *ex l. fin. C. ad L. Falcid.* pro ratione affirmativè adducit Menoch. *A. J. Qu. lib. 2. c. 242.* cum Saliceto *in l. 10. C. de accusat.* attamen ab utraque parte tàm judice, quam litigante peccatum jam est, & judex ob spem lucri nihil non tentabit pro venali sententia. *Qui rectè judicat*, inquit Gregorius M. *in c. qui rectè c. 11. qu. 3. & præmium remunerationis exspectat, fraudem in Deum perpetrat, quia justitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit, bonis malè utuntur, qui justè pro temporali lucro judicant: tales quippe ad veriatem non justitiæ defensio, sed amor præmii provocat: quibus, si spes nummi subtrahitur, confestim à justitiæ defensione recedunt, Acceptio nummorum prævaricatio veritatis est, &c.* Ziegler, *de Offic. Jud. Concl. 20. §. 22.* Circa hoc disquirendum venit, *quid statuendum de promissione generali, si litigantes contestentur animum gratum, scilicet sese non fore ingratos*, sie wollen danckbar seyn/ *neque certi quid promittant?* Dd.

Judicis corruptio quomodo fiat.

Promissio etiam nocet.

Quæstio proponitur de promissione generali.

communiter ferè similem promisſionem honeſtè fieri poſſe ſtatuunt, quia attento jure naturæ, Divino, & humano, ſcripto, & non ſcripto, honeſtum & urbanum, ſeu curiale eſt, beneficiarioque ineſt obligatio antidoralis erga benefacientem. Tum quia impoſſibile morale eſt à precibus ſummiſſo, modeſto, urbano, & efficaci animo faciendis, ejusmodi oblationes & promisſiones generales ſeparare; tum, quia eo ipſo janua clauderetur omni urbanitati & modeſtiæ, nam & Eliſæus Sunamitæ preces ad Regem faciendas promiſit, *2. Reg. 4. v. 13.* Et denique per ſimilem generalem obligationem, ſine animo ſe ad aliquid ſpeciale civiliter obligandi, non peccatur; talia enim verba nihilo plus obligant, quàm ſi non proferrentur. *C. cum venisſent, 6. X. de inſtitut. ibiq; Dd.* verbaque jactantiæ non obligant. Br. *ad l. ult. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Ehren-Wort/ ſuntque civiliter & curialiter intelligenda, non ruſticè aut rigorosè. gloſs. *ad l. 2. C. in quib. cauſ. Col. cenſit. Dom. accuſ. posſint.* Navarrus, ſeu Martin. Azpilcueta *de dat. & promiſſ. pro juſtitia vel grat. obtin. n 21 22. 23.* Farinac. *qv. 111. art. 1. n. 30 & 164.*

Tutius eſt eandem omittere. Sed ſi omnem mali ſuſpicionem, ejusque ſpeciem, uti par eſt, à judice removere, nec peccandi occaſionem præbere volumus, tutius erit, ſimilem obligationem generalem omittere, cum facilè offendere posſit litigans Judicem injuſtum, qui ſpem lucri præter intentionem promittentis conciperet, & hac fini juſtitiam violaret. Si enim quis Judici, ſe gratum fore, promitteret, Er wolte ſich danckbar halten / ſine dubio, prout ſeculi, hominumque labes eſt, magis ad commoda partis promovenda pronus erit; maximè ſi generalitas verborum ſatis cautè non concipiatur. Licet e-

cet enim corruptionem ſpeciatim non intendat promittens, Judex tamen eo animo acceptare poteſt. Et pro hac ſententia facit Navarrus, *d. l. n. 24.* qui putat pœnas incurſurum Judicem, qui acceptaret promisſionem ſolùm generaliter & licitè factam, ad finem corrumpendi ſuum animum, & deviandi à recto, ob ſpem, obtinendi ex illa aliquod bonum notabile. Poteſt enim eadem actio juſtè placere uni, qua parte eſt bona, & ſimul eidem diſplicere, qua parte eſt mala. Vice verſa judicem à pœnis immunem judicat, qui promittenti ſe gratum fore, vel daturum tot taleros vel talem eqvum vel aliqvid aliud notabilis pretii, reſponderet: *Ego accepto tuam promisſionem quatenus eſt generalis & licita, ſed quatenus eſt ſpecialis & illicita, renuo illam.* Sed vim ſimilis proteſtationis contrarius eventus ſæpè docere ſolet, cum nec ab hiſce pro teſtantibus munera, minimum causâ finitâ, rejici ſoleant. *Proteſtatio judicis contra promisſionem.*

§. VIII Datio verò illa munerum diverſimodè expediri poteſt, non ſolum per modum donationis, vel remisſionis debiti; ſed etiam ſi pecunia gratuitò utenda data, aut minoris locata, venditave res ſit: *arg. l. 1. ff. calumniat.* aut cujuscunque contractus velamentum interceſſerit, *l. fin. C. ad L. Jul. repetund.* Menoch. *A. J. Qv. lib. 2. caſ. 342. n. 33. & 34.* Et de mutuo in ſpecie notanda venit *l. 15. C ſi certum pet.* cujus hæc ſunt verba: *quisquis Judici fœnebrem pecuniam mutuaverit, ſi in provincia fuerit verſatus, quaſi emtor legum atque provinciæ, vel ſiquis collectarius honoris pretium dederit ambienti, exilii pœna unà cum ipſo Judice plectetur.* Licet verò Dd. communiter h. l. ad ambitum referant, & per eam honores cum poteſtate conjunctos emercari pro- *Quot modis datio & acceptio munerum fiat?* *Explicatur l. 16. C. ſi cert pet.*

 hibitum

hibitum esse asserant, Ziegler. *de Off. Jud Conclus. 7. §. 18.* Diss. Anton. Matth. *de Crim. tit. de ambit. cap. 1. n. 4.* Eandem tamen etiam de Judice à litigante mutuò accipiente rectè intelligi posse, generalitas verborum indicat, ne sub prætextu fœnebris pecuniæ corrumpatur Judex. Dn. Brunm. Salicet *ad d. l.* neve litigans, ita obærato sibi Judice, per eum leges, jura, atq; provinciam nundinetur. Peretz. *ad tit. C. si cert. petat. n. 6.* Aliàs ipsi licitum erat ab aliis mutuum accipere, *per l. 34. §. ff. de reb. cred.* sicque componunt Doctores hasce leges, sc. *d. l. 34 ff. & l. 16. C. si cert. pet.* Præsidem ut Præsidem posse pecuniam fœnebrem sumere ab eo, qui apud ipsum non litigat: Præsidem verò ut judicem non posse sumere ab eo, qvi apud ipsum litigat, Busius *ad d. l 34. n. 2.* Priorem tamen distinctionis partem ita circum scribit Wissenb. *ad all. l. 16 C. si cert. pet.* ut posfit quidem Præses ab eo, qui nihil ab ipso postulat, pecuniam fœnebrem accipere, modo non fraus legi Juliæ quæratur.

Omne lucrũ ex quolibet contractu prohibetur.

§. IX. Quocunque itaque modo lucrum Judici accedit per contractum quemcunque, argentanginâ incipit laborare Judex; & sic generaliter in omnibus contractibus, in quibus proportio arithmetica inter Judicem & partes litigantes non observatur, sed plus tribuitur Judici, opifices, ex. gr. mercedem integram non accipiunt, creditor pignus, quod in securitatem debiti à Judice erat datum, non soluto debito restituit, operæ gratis, aut pro mercede admodum tenui præstantur, *αἰσχροκέρδεια* committitur. *Eadem lex*, inquit Paulus, *in l. 8. ff. ad l. Jul. repetund.* & Juliam intelligit, *venditiones, locationes, ejus rei causa*, scilicet, quò magis aut minus quid judex ex officio suo faceret, *pluris, mi-*

ris, minorisvè factas, irritas facit: Quo circa, si permutaret quis eqvum annosum, vix decem uncialibus æstimandum, cum eoque alio generoso, & ex eo solo, quod permutationis titulo sibi istum eqvum compararit, lucrum hoc suum excusare vellet, fraudem ille faceret legi, & sub honesto titulo fœdissimum committeret crimen. Ziegler. *d. l. conclus. 20.* §. *21.* Sic in Hollandia judex propter vaccam, licet prece & pretio aliquo dato, extortam, sententiâ Comitis tunc Hollandiæ damnatus & suspensus fuit: Nathen: *d. tract. p. 2. tit. 3. cap. 1. in fin.* ubi addit: Si hujusmodi pœna adhuc hodie in usu esset, quam multi sibi meritò timerent, quam multa forent patibula!

Esculenta & potulenta an permittantur.

§. X. Sed quid de *esculentis & potulentis* statuendum erit? Hic sententiarum divortia observare licet: quidam simpliciter ea non rejiciunt, sed distinguunt à se invicem dona, munera & xenia, ita, ut donum propriè de rebus majoris pretii, munus de minoris, sive in pecunia, sive in alia materia, pecuniæ vice fungente, consistat, plerumque intelligant. Illud Deorum, hoc hominum esse dicunt. Ab his distinguunt xenia, quorum significatio non una eademque est, prout demonstrat Ziegler. *dict. Tract. Conclus. 20.* §. *29.* & hæc admittunt, prout denotant ea, quæ provinciales Rectori & Judicibus provinciarum obtulerunt, suntq; esculenta & potulenta, quæ intra dies proximos prodiguntur, *l. 18. ff. d. offic. præsid.* Cùm verò similia immensum pretium attingere qveunt crebrâ præstatione, ne id fiat, neve sint, qui reiteratis vicibùs perpetua Præsidibus exhibeant alimenta, constitutum est, ne in talibus plus doni, munerisvè in anno accipiant Magistratus, quàm quod sit aureorum centum, *l. 6. in fin. ff. ad L. Jul. Repetùd.*

Ea ſententia igitur Doctorum qvantitas ad centum aureos taxata itidem de eſculentis intelligi debebit. Matth. *de Crimin tit de L. Jul repetund. n. 10* Alii & modicum, judicis arbitrio determinandum, reſtringunt hæc eſculenta & potulenta. Menoch. *A. J. Qv lib. 2. Caſ. 342. n. 35. & ſeq.* Farinac. *qv. 111. n. 357.* quæ ſunt corruptibilia & pertitura, quæ paucis diebus conſumi poſsũt, habitâ ſcilicet ratione ad qualitatem Judicis accipientis & ſolitam ejus impenſam, ac qualitatem dantis. Boſſius *in pract. Crim. tit de Offic. corrupt. pec. n. 3.* Hucq; referunt minutula gratitudinis ſymbola, ob qvæ nihil magis aut minus in judicio aut executione facienda procedat, ut lepus, cuniculus, capo, perdix, pavo, phaſanus, lucius, muræna, ſturio, ſalmo, aut varia vinorum genera, quæ in Francia licet accipere in amphoris, œnophoris & fideliis, non verò in doliis, cuppis aut vaſis: Damhouder. *in practica rer. criminal. cap. 130. num. 9. & 10.* Alii reſtringunt hæc ad judices, qui certa & fixa ſalaria non habent, Alexander ab Imola *vol. 2 conſil. 206 n. 9* Sed nulla omnino, ſive modica ſint xenia, ſive magni valoris, approbare, nec Judici ulla juris autoritate concedere poſſumus. Nam & in minimis eſt affectio, & ex minimis, ſi permittantur, facilis ad majora optanda & capienda eſt via. Winther. *in Parthen litig. lib 2. c. 10. n. 23.* B. Brunn. *ad paratitl.* Weſenbec. *qv 3. de off proconſ.* Carpzov. *in prax. crim. pag. 2. qv 13. n. 61.* Sprenger. *de modic. cap. 5. num. 8.* nam periculum corruptionis etiam ex eduliis naſci poteſt; quo itaque illud evitet, omnemque ſuſpicionem à ſe avertat, & ſcandalum, quod alii hinc capere poſſent, impediat, optimè aget Judex, ſi ut verus juſtitiæ ſacerdos à minimis etiam abſtineat. Ziegler. *d. Concluſ. 20. §. 35.* *Sic ſententiâ Ulpiani primùm*

Etiam minima prohibentur.

ad

ad viliora & communia esculenta, post ad pretiosiora producta, à minoribus ad majora, à ficedulis ad boves, à cyathis ad dolia, à tabulis ad latifundia, à drachmis ad talenta progressum factum esse, putat Rivetus *in Hos. cap. 4. circa fin.* Cum tamen è judicio celeberrimi hujus Theologi *eod. loc. delicatissima res si oculus, nihil obstrui facilius: Oculus est justitiæ simplicitas & puritas,* ξένια καὶ δῶρα ἀποτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν, *ut scitè* Syracides, *20.v.21, his minimus pulvisculus, vel minimum fumi tenuissimi nocet. At sunt, qui ferreas nacti sunt papulas, in quas tutò cornuti boves incurrant, olei viniq; cellæ devolvantur, intrent sylvæ, villæ, agri, prædia, vineta, & nullam lucis se profitentur pati jacturam; hoc cæciores, quod cæcos se non esse ducunt.* Minima verò nec capienda esse à judice, jura nostra expresse volunt, *per l 7. ff. ad L. Jul. repetund l. ult. C. eod* ubi expressis verbis dicitur, quod *Officiales debeant jurare, se, exceptis solis salariis, nihil penitus accepturos: & Novell. 8. cap. 1. Nov. 30. cap 6. §. 1. cap. 1. Xvag. comm. de sentent. excommunicat.* Quod ad textus obstantes, *l. 6. §. 3. de offic. Proconsul. & l. 18. ff. de off. Præs.* attinet, ecquis non observat ex fugitiva saltem perlectione, eosdem de alia planè & diversa munerum oblatione loqui? scilicet, quæ fiebat non à litigantib⁹, sed à Provincialibus, qui Præsidibus provinciarum & Proconsulibus, non judicantibus, xenia offerebant, in signum observantiæ & amoris, & imprimis tempore adventus sui, cum nondum jurisdictionem exercere cœperint, Ziegler. *d. l.* §. 33. quod nec hodie infrequens esse solet, in Principum Magnatumq; Aulicorum adventu; Xenia enim quæ à ξένος, hospes, derivantur, denotant etiam munuscula, quæ mittebantur hospitibus advenientibus, cujus donationis varia exempla ex Sacris

Respondetur ad textus obstãtes.

cris collegit Klockius *de ærario, lib. 2. cap. 122. n. 23. & seqq.* Si qui Regem Saulum despexerunt, eique munera non attulerunt, severius à Spiritu Sancto objurgantur *1. Sam. 10. v. ult.*

Convivia litigantiū judici frequentare num liceat?

§. XI. Hanc verò esculentorum prohibitionem in tantum extendunt Doctores, ut nec ad convivia partium litigantium Judicem admittant, sed illum suspectum esse dicant, qui adit ædes partium ibidem convivaturus, Navarrus *d. l. n. 27.* Olim quidem fas fuit, ut Actor Judicibus prandium vel cœnam exhibere cogeretur, donec causa dijudicaretur, cujus sumtum reus victus refundere obstringebatur, exque eo Lacius *de migration. Gent. lib. 3. fol. 59. n. 50.* interpretatur phrasin antiquorum Francorum *ad malum mannire*, dicitq; esse idem, für Gerichte laden/oder zu der Mahlzeit mahnen lassen. Hinc judicibus convocatis, *sunt verba Lazij*, & convivio instructo reum actor vocabat, responsurum coram Judicib⁹, ut ipsi loquebantur, ad mallum mannibat, zu der Mahlzeit ermahnen lassen/oder laden für Gericht/ ut hodie pronunciamus. Porrò in judiciis fundorum vetus manet consuetudo, ut post auditas causas Judices sumtu actoris conviventur, vulgò in Austria pandadigung nominamus. *Hæc ille.* Knich. *de jure territ. c. 4 n. 112.* Besold. *in Thes. jur. pract. voce* Mahl.

Ad mallum mannire quid denotet.

Quid de Commissariis statuendum?

Sic nec illicitum est Judicibus à Principe delegatis, quos hodie *Commissarios* vocamus, annonas & capita exhibere, sicubi extra domicilium suum causam cognoscere debent, dum tamen ea intra modum contineantur, cum nemini officium debeat esse damnosum, *l. 7. ff. testam. quemadm. aperiant.* Ejusmodi expensas victuales etiam probat Jus Canonicum *cap. 10. X. de vit. & honest. Cleric. & cap. 11. §. insuper. de rescript. in 6to.* ubi in spe-

in ſpecie judici delegato permittitur eſculentum & poculentum merâ liberalitate oblatum, quod paucis diebus conſumi poſſit, recipere. Sub hiſce verò non tantum itineris expenſæ & viaticum, ſed etiam ſumtus, qui neceſſarii ſunt, quamdiu Judex operam dat partibus, intelliguntur. Ziegler. *d. tr. concl. 20. §. 36.* Confer. de honorario ſeu ſalario Commiſſariorum Ruland. *de Commiſſar. p. 1. tit. 7. cap. 7.* Sic olim etiam annonæ & capita dabantur Judicibus & Adſeſſoribus, &c. continebantque annonæ vinum, oleum, liquamen, laridum & cætera, quibus vitam toleramus; Capita verò pabula eqvorum, mulorum, Camelorum, qvibus vehimus nos aut ſarcinas, impedimentaq́; noſtra. Hæc vero poſtea redacta fuere ad pretia definita *p. l. un. C. de annon. & capit.* ibiq; Dn. Brunneman. Cujac. *in Paratitl.* Wiſſenb. Peretz. *Annonæ & capita quid fuerint?*

§. XII. Dum itaq; in totum Judici munera prohibita eſſe diximus, *licitumnè erit Judici, permittere domeſticis, uxori, vel liberis, data vel promiſſa accipere?* Obliquos hoſce corrumpendi modos à multis obſervari, experientia docet: ubi ſæpius offeruntur uxori de bombyce, vellere, lino, ſindone multitia, pepla, redimicula, tunicæ, ex auro & gemmis monilia, armillæ, liberis annuli, & χρυσίδια alia, aut ſi tenerioris illi ætatis fuerint, crepundia varia, eaque non exigui pretii, ſed vel propter artificium, vel propter materiam, ex qua conſtant, permagno æſtimanda. Hæcq; ad egregiam faciunt commendationem; laudat uxor, laudant liberi virum tàm beneficum, eumq; tàm commendatum reddunt, ut ei benè cupere, ejusq; cauſam attentiùs introſpicere incipiat maritus & pater, nunquid ſit, quod ei adjumento eſſe queat. Ziegler. *d. concl. 20. §. 25.* *Nec per ſubditos domeſticos Judici accipere licet munera.*

Tantoq; potentior erit hæc comendatio, quantò magis maritus imperii maritalis fasces uxori submisit, sive vi, sive clam, sive precario hoc evenerit. Corruptos sæpè pravitatibus uxorum maritos, conqueritur Valerius Messalinus apud Tacit. *Annal. lib. 3. cap. 34. Non imbecillum tantùm, & imparem laboribus sexum, sed si licentia adsit, sævum, ambitiosum, potestatis avidum*, censuit Severus Cæcina apud eund. Tacit. *d. l. cap. 33. Incedere inter milites, habere ad manum Centuriones: præsedisse nuper fœminam exercitio cohortium, decursu legionum.* Cogitarent ipsi, quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura uxoribus objectari. *His statim adhærescere deterrimum quemq; provincialium: ab his negotia suscipi, transigi: duorum egressus coli, duo prætoria. Pervicacibus magis & impotentibus mulierum jussis, quæ Opiis quondam, aliisq; legibus constrictæ, nunc vinclis exsolutis, domos, fora, jam & exercitus regerent.* Hisce malis à Romanis observatis, improbârunt jura nostra obliqvum hunc corrumpendi modum, *p. l. 1.* ibi: *non solùm quod ejus domesticus, sed manipularius, & minister acceperit, Cod. ad L. Jul. Repetund. l. 2.* ibi: *nec refert, ipse pecuniam acceperit, an alii dari jusserit, vel acceptum suo nomine ratum habuerit, ff. de calumniat.* Bajardus *in addit. ad Clarum qv. 73. n. 28.* Farinac. *d. qu 111. n. 176.* Ziegler. *d. l. & arg. l fin. ibi: sive per se, sive per interpositam personam, Cod. ad L. Jul. Rep.* Hoc enim lucrum maritus & pater participiat & acquirit, indeq; fit locupletior, si maximè tales res uxori vel liberis donentur, quæ ad amictum pertinent. Et in specie Imperialis Cameræ Judex & Assessores inter alia jurare tenentur, munera, nec se ipsos, nec per alios accipere velle: Auch von den Partheyen/ oder jemand anders keiner Sachen halber/ so im Gericht hanget/ oder hangen

Maximè per uxorem

Hoc in specie Cameræ Spirensis Assessoribꝯ injunctum fuit.

hangen würde/keine Gabe/Geschenck/oder einigen Nutz/ durch sich selbst oder andere/wie das Menschen Sinn erdencken möchten/zu nehmen/oder nehmen lassen. *Ordinat. Camer. p. 1. tit. 57.* Idem etiam injunctum à Sereniss. Elector. Brandenburg. Consiliariis Regiminis Neo-Marchici *in Ordinat. Cam. de An. 1646. cap. 29.* Es sollen auch unsere Räthe bey ihrer Verwandniß/damit sie uns zugethan/von keinem/er heisse oder sey auch wer er wolle/kein Gifft/oder Geschenck noch Gaben nehmen/ꝛc.

Et Regiminis Neomarchici Consil.

§. XIII. Sic etiam mariti Pro-Consules apud Romanos tenebantur ex delictis uxorum, si comites eas habebant, eoque nomine celebris est textus *in l. 4. §. 2. ff. de Off. Proconsul. Proficisci Proconsulem*, dicit Ulpianus, *melius est sine uxore, sed & cum uxore potest: dummodo sciat, Senatum, Cotta & Messa Consulibus, censuisse futurum, ut, si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio & vindicta exigatur.* Atq; sic hoc casu maritus pro uxore tenetur contra regulam, *in tit. Cod. ne uxor pro marit. vel marit. pro uxor.* Ratio autem pœnæ ex culpa imputativa fluit, in culpa enim videtur esse maritus, qui perniciosam provincialibus secum duxit uxorem, adeoq; ad exemplum cauponis, nautæ, stabularii, qui utitur operâ malorum hominum, ex facto & delicto uxoris tenetur maritus, B. Brunneman. & Brossæus *ad d. l.* Mitius tamen puniendus erit, cum culpa magis, quam dolo delinqvat, sufficere ergo debet ad pœnam quadrupli exactio, de qua sola *l. 1. Cod. ad L. Jul. repet.* loqvitur, Farinac. *d. qu. 111. n. 42.* Salicet. ad *d. l. 1.* Quod si sciens prudensq; uxorem rapacem secum eduxerit, aut cognitis rapinis eam non coercuerit, dimiserit; etiam graviorem pœnam sustinere debet, nihil

Uxorum comitatus maritis Proconsulibus damnosus.

Tenentur ex harum delictis.

hil enim intereſt, ipſene expiles provinciam, an per prædatores id facias. Matth. *de Crimin. ad tit. de L. Jul. Repetund cap. 1. n. 6.*

Nec accipere debet Judex à tertio in favorem litigantis data.

§. XIV. Uti verò judici per tertium accipere non licet munera; ſic eodem modo nec litigantibus licet vicaria corruptione fungi & per tertium munera dare arg. *l. 3. §. 3. ff. de calumniat. l. 3. 4. ff de L. Jul. repetund.* quæ generaliter prohibent dationem, nam & ſic privatarum litium cognitor & mercator erit judex *l. 3. l. f. C. ad L. Jul. Repetund.* judiciumque corruptum erit ſubſidiaria malitia. Navarrus *dict. loc. n. 27.* qui obnixas etiam preces pro aliis cognatis damnat, cum magno pretio æquipolleant; refertq; Carolum V. Imperat. ab hoc vitio adeo abſtinuiſſe ut epiſtolas etiam à familiaribus ſuis ad Judices ſuarum cauſarum petitas & flagitatas pernegaret, etiam non continentes aliud, quàm ut rectam juſtitiam eis facerent, ea cauſa redditá, quod Judex per hujusmodi epiſtolam ſibi ſcriptam concepturus eſſet, gratum fore Majeſtati ſuæ, ut victor evaderet is, pro qvo ſcribebat.

Caroli V. juſtitia laudatur.

An in bona cauſa munera ſint licita?

§. XV. Hactenus quæ dicta ſunt, in cauſa mala & injuſta obtinere, nullum eſt dubium, nullus enim magis de Judicis corruptione cogitat, quàm qui injuſtam fovet cauſam; ſed quæritur, quid de cauſa bona ſtatuendum, &, *an licitum ſit Judici, in cauſa juſta aliquid accipere*? Hæc quæſtio inanis eſſet & ſpeculativè formaretur, ſi Judices officio ſuo fungerentur ex æquo; ſic enim cauſæ bonitate perſpecta, nnnquam non pro hac judicarent: verum hæc præteritorum temporum infelicitas fuit, quæ & noſtri ſeculi labes eſt, ut nulli magis ſæpius ab injuſtis Judicibus premantur, quàm qui juſtã defendunt cauſam, cuj⁹ deciſionem ſine munere impetrare

Ratio pro dante.

trare nulli possunt. Wieviele werden von solchen ungerechten Richtern gar störrig angesehen/mit Verabscheidung ihrer Sache wol etliche Jahr nach einander abgewiesen und aufgehalten? Wie viele müssen auf citationes, rescript, Urtheil/und andere Sachen vergeblich eine Zeit nach der andern warten/auf und niederreisen/ihre Arbeit versäumen/ und das ihrige dabey verzehren/bloß deswegen/daß sie dem Richter mit esculentis und potulentis die Küche nicht genugsam bespicket/den Halß und Zung geschmieret/die Hände gefüllet: da muß das andere Part wol 20. und mehrmahl geladen/bald dieses/bald jenes aufgezeiget und verschrieben werden/damit nur die Unkosten und Gerichts-Sporteln gemehret/der Richter so viel mehr Stoff Weins/so viel mehr an Lad- und Verschreib-Geld / der Diener und Aufwarter so viel mehr an Lauffgeld erpressen/und davon in ihren Rachen füllen mögen / da wird nicht ein Wort vom Richter/Schreiber/Advocat, &c. umbsonst geredet/es muß vor ein jedes Geld in die Büchse gegeben werden. &c. quæ gravis querela est Reinoldi à Derschau *in Hodosophia viatoris Christiani cap. 12. pag. 277. & s.* Hoc itaque rerum statu, neque litigantibus, si ad justam causæ bonæ decisionem judicem muneribus moveant, nec Judici, si eandem accipiat, improbandum videtur, uterque enim & maximè pars, honestum intendit finem: Judex, dum secundum jura pronunciat in justa causa, & donans, dum hoc modo petitis potitur. Sed aliud visum est legum nostrarum Autoribus & turpitudinem etiam hoc casu notant jura nostra *in l. 2. §. ult. ff. de condict. ob turp caus. l. 4 ff. d. L. Jul. Repetund. l. ult. C. eod. & l. 1. Cod. de pœn. Jud. qui malè judicat.*

Neg quæst. propter turpitudinem utriusq.

Judicem enim hic corrumpere videtur, qui, ut ſuis ſit addictus partibus, pretio eum obſtringit, cujus judicium liberum debebat relinqui & neutri eſſe obnoxium, & judicem inducit, ut non tàm ob juſtitiam cauſæ, quã ob acceptam demum pecuniam jus & æqvum pronunciet, Struv. *Exerc. 18. §. 23* ſi itaq; turpiter datur, quod Judici in bona cauſa datur, utiq; ne in bona quidem accipere licet. Matth. *de Crim. d l. n 5.* Et omnino, qui ſine mercede bonus vir eſt, mercede erit malus, cum juſtitia debeat eſſe gratuita. Menoch. *A. J. Qu. caſ. 342. n. 23.* Et facilè Judices aſſveſcentes muneribus in cauſa alioquin juſta, tandem etiam in minus juſtis abduci ſe ſinunt a recto. Ziegler. *d. Concl. 20. §. 16.* qui §. 14. exemplo eleganti hoc illuſtrat: Matrona, virgo, *ait*, ſuſpectam facit pudicitiam, quando ab adulteris dona accipit & ſenſim pudoris obliviſcitur, quamvis honeſtatem præ ſe ferat priſtinam, nec eum in finem, ut à caſtitate deflecteret, ab initio munus acceperit.

Illuſtratur per ſimile.

Ampliatur aſſertio in proceſſu maturando

§. XVI. Nec licitum eſſe ſtatuimus, ſi litigans dederit vel promiſerit aliquid pro maturando proceſſu. Nam & hæc res eſt mali exempli, tùm, quod Judex propter ea, quæ ex officio facere & obſervare tenetur, pecuniam accipiat, tùm quod facilè ſic ad protrahendos proceſſus qvoscunq; alios aſſvefieri poſſit, niſi quid detur ad eos accelerandos. Boer. *deciſ. 153. n. 2.* Tholoſanus *in Syntagm. Jur. l. 36. cap. 28. n. 10.* Et hoc ipſum extendimus ad arbitraria, qualia ſunt dare, vel non dare dilationem & dare majorem vel minorem, differre vel anticipare ſententiam definitivam vel interlocutoriam, deferre vel non deferre appellationi, & deferenti dare apoſtolos citius vel tardius, reverentiales vel refutatorios, prorogare, vel non prorogare fatalia vel termi-

Et in aliis arbitrariis

terminos jam constitutos & id genus alia. Navarrus *all. loc. n. 17.* & qui instar omnium est in hoc genere Dn. Ziegler. *d. Conclus. 20. §. 24. & 39.*

§. XVII. Et hæc omnia, quæ hactenus dicta fuerunt, ad processum formandum & formatum pertinent videbimus jam quid obtineat finito processu, causa jam decisa, & sententia lata; *poteritne Judex à victore antidorale munus accipere?* Eo in casu eundem licitè accipere posse, multorum Doctorum est sententia; Anchor. *Consil. 271.* Felin. *in cap. tua nos, X. de Simon.* Marsil. *singular. 190.* Bossius *in pract. crimin. tit. de Offic. corrupt. n. 4.* Menoch. *lib. 5. præsumt. 8. & A. J. Qu. cas. 342. n. 38.* Decian. *lib. 8. tr. criminal. C. 40. n. 9.* Mascard. *de Probat. concl. 154. n. 14. & seqq.* Bertazzol. *consil. 71. n. 32.* Farinac. *d. qu. 111. art. 9. n. 210.* Nevizan. *in Sylv. nupt. lib. 5. n. 97.* Gemin. *in c. statutum. § insuper. n. 10. de rescript. in 6to.* quos longa serie videre licet apud consentientem Theodoric. *in Colleg. crimin. disp. 9. th. 1. lit. B. qu. 5.* quorum ratio est, quod remuneratio non sit propriè donatio, quæ absoluta liberalitate in donatarium conferatur, atque ideò nec insinuatione egeat, Bartol. *ad L. Aquilius 27. ff. de donat.* Cui accedit, quod hæ pœnæ imponuntur danti & accipienti ad obtinendam justitiam, & hic agatur de dante & accipiente post eam obtentam, qui longè alii sunt ab illis; tum quia nec eadem nec similis ratio militat in istis, nam dare & accipere antea, tendit ad corrumpendum Judicem; dare autem postea non tendit ad illud, sed potius ad insinuandam animi gratitudinem. Aliqua item compensatio de honestate debetur ei, qui benè fecit, quæ non debetur ante benefactum juxta legem illam naturalem; & benefacienti benefaciamus, & ei qui gratiam fecit non facturo, gratia obliga-

An licita sit donatio post latam sententiam?

affirmantiũ autoritas.

Rationes.

ligatione antidorali debetur *l. 25 §. 11. ff. de petit. hered.* uti has rationes cumulat pro affirmativa Martinus Azpilcueta *d. l. n. 33.* Sed non attentis hisce rationibus, contrariam sententiam, judicis conscientiæ consulentes, approbamus, moti potissimum legum authoritate & rationum pondere. Nam ex *l. ult Cod. ad L. Jul. repet. l. 4. ff. eod. l. 1. §. hoc autem judicium 2. ff. de calumniat.* apparet, ne quidem post depositam administrationem Officiales pro beneficio, tempore administrationis præstito, aliquid capere posse: nedum, ut durante Magistratu aliquid accipere possint. Nec valet conseqventia: Remuneratio non est absolutè liberalitas: Ergo Magistratui vel Judici fieri potest. Vetat enim lex etiam remunerari Judicem: nec est obscura ratio legis, nam si remunerari Judices liceret, inescati lucri spe, deciderent lites secundum locupletiores potius, quam secundum pauperiores: quoniam horum tenuitas lucri spem præcidit. Matthæus *de crim. d. l. n 8* Perez. *in Cod. ad. L Jul. repetund. n 4.* Nec tàm beneficium præstant Judices judicantes in justa causa, quàm officiũ, ad quod tenentur etiam inviti, nisi de syndicatu conveniri velint, litem, malè judicandô, suam facientes, *l. ult ff. de extraord cognition. pr. Instit. de obligat. quæ quasi ex delict.* B. Dn. Brunem. *Procesf. Civ. cap. 28. n. fin.* Ipse etiam Navarrus *in fin. n. 29.* limitat hanc suam sententiam in antecessum; scilicet licitam esse acceptationem; nisi forte eo animo tantùm daretur aut promitteretur, ut ad aliam justitiam vel gratiam faciendam alliceret, & peccatum esse dicit, *confer. n. 13. §. ad tertium.* Sed quis non crederet, victricem partem etiam in mala causa speraturam esse victoriam, simulq; Judicem memorem fore præteritorum & factæ donationis? Judex etiam semel malus, facilis erit ad similia.

Negativa defenditur.

§. XIIX.

§. XVIII. Satis superq; crimine hoc declarato indaganda jam erit ejusdem probatio. Præsumtio enim est pro Judice, quod sit vir bonus, & rectè agat, quæ suo incumbant muneri & officio, *l. 2. ibi: quod non arbitramur. C. de off. civil Jud.* & in quantum quis est Judex, lex semper pro eo præsumit, virq; bonus & Judex æquipollent in jure nostro, *l. 157. §. 2. ff. de V. Obl.* & κατ' ἐξοχὴν Judex dicitur vir bonus in *l. 18. ff. jud. solv.* Menoch. *lib. 2. præsumt. 67. n. 1. 2. 3.* præsertim propter juramentum in principio officii præstitum, cum non præsumatur immemor salutis æternæ, *l. fin. C. ad L. Jul. Repetund.* Non itaq; advertimus nec approbamus sententiam Vivii, *lib. 1 dec. 113. n. 6.* quod de jure comuni præsumatur fraus, & voracitas in officialibus, & præsertim in Potestatibus terrarum, quæ habent vultum terribilem: indeq; fiât, quod isti officiales plura mala sciant, atq; committant, quàm alii; taliter, quod hoc non tanquam præsumtio habeatur & reputetur: verùm, ut evangelium ipsum, & sola manus Dei possit huic obviare. *Præsumtio pro judice. Sententia Vivii rejicitur.*

§. XIX. Commendandum venit pro innocentia & fama Judicum illud, quod *c. 24. X. de accusat.* Pontifex de Præpositis Ecclesiæ publici juris fecit: *Quasi signum sunt positi ad sagittam; Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam verò ligare; frequenter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur. Et ideò sancti Patres providè statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facilè admittatur, ne concussis columnis ædificium corruat.* Et cum tanta sit Juris præsumtio pro Judice in criminis hujus accusatione cautè procedendum, & Cæsaris Tiberii consilium observandum erit. *Non quidem sibi ignota*, ait, *quæ de Silano vulgabantur, sed non ex rumore statuendum. Multos in provinciis contra, quàm* *Cauto opus est in accusatione jud.*

quàm spes aut metus de illis fuerit egisse: excitari quosdam ad meliora magnitudine rerum, hebescere alios; apud Tacit. *lib.3. Annal. c. 69.*

Quæstio. §. XX. Circa has Juris præsumtiones, quæ pro Judice militant, qværitur: *Si pauper Judicis dignitatem esset adeptus, & postmodum divitias collegisset, nec constaret de titulo, numne præsumatur ex Argentangina, seu corruptione dives factus?* Notabilis est sententia Ulpiani in *l 3 pr. ff. de don. int. vir. & ux.* in quâ prohibitas dicit esse donationes inter virum & uxorem, ex hac etiam ratione, *ne melior in paupertatem incideret, deterior ditior fieret*; eoque ipso probari potest illud Petronii: *bona mentis sororem paupertatem esse*: raro enim hominibus simul bona fortuna & bona mens datur. Hinc etiam ap. *Philostr. Apollon.* Deos precabatur, ut sapientes pauperes essent, cæteri sine fraude ditarentur. Et Curt. *lib.3.* de quodam regii stemmatis refert, causam ei paupertatis, sicut plerisq;, probitatem fuisse. Hæc uti veritate sua constant, sic præsumtionem de corruptione fundatam esse asserunt Dd. si Officialis pauper repentè ditescat in officio, Bald. *in c. cum in jure, 33 circa fin. X. de elect. & elect. potest.* & quando ultra solita stipendia statim locupletatur, potest ei fiscus auferre, quia præsumitur turpiter quæsivisse: Nevizan. *in Sylv nupt. lib. 5. quom. judic. in dub. n. 100.* Experimento id didicit aulicus quidam Mediolanensis, qui diu inter probitatem & inopiam conflictatus, tandem impetrato officio brevi magnas opes corrasit, cujus causam à Principe rogatus, respondit, probitatem quidem bonâ conscientiam, sed versutiam lucrum perpetuò sequi, nec ullum esse tam vile officium, in quo non licet, si velis, cum damno aliorum quæstum facere. Gryphiand. *Oeconom. leg. lib 1 c. 1. n 71* Nimirum quod Demetrius, libertino potenti suggessit, facilem sibi esse ad divitias viam, quo

Encomium paupertatis

Dd. affirm. quæstionem

Exemplum

quo die pœnituiſſet bonæ mentis. Senec. *lib. 4. nat. qu. in pr.* Sed illud Dd. aſſertum ita generaliter accipi non poterit, cum in dubio honeſtiorem conjecturam, quæ deducta fuit *in* § *antec.* ut delictum evites, ſequi teneamur, adeoq;, niſi aliæ circumſtantiæ certioraq; indicia concurrant, ex quibus ſuſpecta ſit Judicis perſona, juſtus titulus potius præſumendus erit, *arg l. 10. C. arb. tut.* ubi nec tutor, ſi ante tutelam pauper, poſt eam locuples reperiatur, præſumitur id ex pupilli bonis acquiſiviſſe, conf. Brun. *ad d. l. 10. & exerc. Juſt. 5. ad* §. *fin. de ſuſpect. tut. p. 40.* Multis enim modis divitiæ parari poſſunt, qui nec omnibus noti ſunt, neq; pari induſtria obſervantur, nec ſemper ex æquo ſuccedunt, vel, ut loqvuntur Imp. *in all. l 10. Nec enim pauperibus induſtria vel augmentum patrimonii, quod laboribus & multis caſibus quæritur interdicendum eſt.* Elegans eſt exemplum, quod ex Plinii hiſt. naturali refert Wiſſenb. *ad d. l. 10.* de Cajo Furio Creſino: is cum ex parvo admodum agello largiores multò fructꝰ perciperet, quàm ex latifundiis tota vicinia, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis, aut a ratro quæſitas furtim noctu in ſuum transferret: quod utrumq; ex *LL. XII. Tabb.* capitale fuit. Igitur à Spurio Albino Ædili Curuli die illi dicto, metuens damnationẽ cum in ſuffragium Tribus ire oporteret, inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit, & adduxit laborum ſociam, filiam validam, benè curatam. Tum dixit: Veneficia mea, Qvirites, hæc ſunt, nec poſſum vobis oſtendere aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliasq; & ſudores. Quare illud antiqvum populus Romanus memoriâ repetens, frontem Domini plus agris prodeſſe, quàm occipitium, reum abſolvit.

Limitatur quæſtio & negativè deciditur.

Exemplum notab. induſtriæ Oeconomicæ.

§. XXI. Illud verò, quod ſpeciale eſt in hoc crimine probando, eſt quod ad crimen barattariæ probandũ ſufficiant

Specialitas probationis per indicia.

ficiant conjecturæ & præsumtiones *arg. l. 6. C. de dol mal.* Bossius *in pr. crim. de off pec. corrupt. n. 14.* Scil. si civiliter agatur, pro interesse & damno illato, Masc. *de Prob. concl. 165 n. 4.* & ratio est, quia, cum sit de illis delictis, quæ sunt difficilis probationis, hinc fit, ut admittantur probationes, quæ alioquin non admitterentur, Joseph. de Sesse, *decis. Arragon. 214* adeoq; etiam probari potest per familiares Judicis, tàm activè, quàm passivè, quia in istis delictis admittuntur testes de domo aut capitulo, *l. 8 §. 6. C. de repud. c. veniens, 10. X. de test. & attest. c. etsi Christus. 26. X. de jurej* Masc. *de Prob concl. 165. n. 1. 2. & concl. 166. n. 3* adeò enim detestabile & execrandum est hoc crimen, ut cum scelere læsæ majestatis æquetur: gloss *in auth. novo jure C. de pæn. Jud. qui malè jud. verb. confiscatis. C. abiit. 83. caus. 11. q. 3.* delictumq; patris noceat filio: Petr. de Ravenna *singular. 157.* Judexq; qui accepta pecunia pervertit justitiam, injustam sententiam proferendo, dicatur Christum vendere, teste Maranta *in spec. p. 3. n. 67.* Nam cum Christus ipse sit justitia, damnabilior est illius, quàm præbendæ venditio, Felwinger *in Judice § 83.* Et licet testes etiam mille singulares non probent; quia tantum probant mille testes singulares, quantum unus: Bald. *in l. jurisjurandi C. de test.* Felin. *in cap. licet ex quadam 47. & c. tam literis. 33. X. eod.* Mynsing. *Centur. 3. obs. 76* tamen tres testes singulares etiam de proprio vel singulari facto deponentes sufficiunt ad probandam judicis barattariam ob excogitatas fraudes judicis illam committentis. Joseph. de Sesse *dict. decis. n. 2. 3.*

Per testes singulares

Proxeneta an possit esse testis?

§. XXII De mediatore seu proxeneta quæri solet: *An possit esse testis in crimine hoc probando?* Distingvunt Dd. inter actionem contra judicem intentatam civiliter & criminaliter; si civiliter agatur, mediator testis est

est idoneus Farin. *qu. 111 artic. 21. n. 271.* Mascard. *de probat. concl. 165 n. 3.* Hector Æmilius *de test. barattariâ depon. n. 13. fol. 328.* non verò, si criminaliter, Bertazzol. *consil. 71. n. 34. & consil. 81. n. 13.* Bossius *in pr. crim. tit. de opposit. contra testes n. 58. & seqq.* ubi dicit de illo mediatore, qui deponit, se pecuniam ad Judicem detulisse, hunc nullam fidem facere, etiam quoad torturam, maximè, si particeps sit barattariæ, & ipse partem pecuniæ acquisiverit, quo in casu nec indiciũ facit contra Officialem, junctis aliis adminiculis, Thomas Gramatic. *consil. 35. n. 15* Sed si naturam hujus delicti ponderamus, & quod clandestinis artibus & actib⁹ committi soleat, sicq; sui naturâ sit difficilis probationis, proxeneta ita simpliciter repellendus non erit etiam in acusatione criminali, Brun. ad Wesenb. *tit. de proxenetic. qv. 3.* Sic admittitur in causa Simoniæ, *c. 1 de testib. in 6to.* quia in detestationẽ majorum criminũ etiam testes minus idonei admittuntur, *c. 7. X de Simon.* Et hoc tanto magis asserendum erit in præsenti crimine, quod cum simonia quandã habet affinitatẽ, *vid supr c. 1. §. 8* & præ aliis judiciis criminalibus speciale jus agnoscit, in eo, quod, licet deferens Judicem, qui dicit se dedisse vel promisisse, non probaverit, tamen Judex debeat jurare, *quod neq; per se neq; per aliam personam accepit, aut promissionem habuit, Auth. novo jure Cod. de pœna Jud. qui malè judic.* cum tamen aliàs, actore non probante, reus absolvatur, *l. 4 Cod de edend.* neq; juramentô, sine suspicione & præsumtione urgenti, quis sit gravandus, *cap. 10. X. de purgat Canon.* Adhæc notanda erit sententia nonnullorum Dd. qui hic admittunt semiplenam probationem cum juramento actoris suppletorio. Farinac. *d. qv. 111. n. 265. & 274.* cum tamen in criminalibus causis hoc jaramentum cesset, *l. fin. C.*

Affirmatur.

Criminis hujus singularitas.

Juramentum suppletorium admittunt nonnulli.

fin. C. de probat. Dn. Brunn. *de jurejur. qv 33.* Hinc Judicis arbitrio opus erit in crimine noſtro, qui circumſtantias delicti prudenter examinabit, & in qualitatem perſonæ mediatoris fideliter inquiret.

Effectus argentanginæ in nullitate ſententiæ. §. XXIII. Criminis probationem inſeqvuntur effectus, qui diverſi ſunt, tum ratione Judicis corrupti, tum reſpectu partium litigantium. Quod Judicem corruptum attinet, notandum, ſententiam ab eo latam, eſſe ipſo jure nullam, *l. 7. C quoties provoc. non eſt neceſſe. Venales ſententias,* (ſunt verba legis,) *quæ in mercedem à corruptis Judicibus proferuntur, etiam citra interpoſitæ provocationis auxilium, jam pridem à Divis Principibus infirmas eſſe, decretum eſt.* Et hoc in odium eorum, qui per ſordes judicant, à Dd. generaliter, tàm de juſtis, & ubi datum quid eſt, ut id, quod juſtum eſt, pronunciet, quàm injuſtis cauſis intelligitur, *c. non licet, 71. cauſ. 11. q. 13 & C. vendentes, 10. c. 1. qv. 3.* Vantius *tit. de nullit. ſentent. ex defect. proc. n. 136* Vasqv. *p. 2. illuſtr. controverſ. c. 37. n. 4.* Carpz. *qv 93. n 59.* Si tamen ex pluribus Judicibus unus ſit corruptus, ſententia valebit. Brunn. *ad d. l. 7.* ſc. quando tres & plures dati, minorq; pars corrupta fuit. Farinac. *all. qv. 111. n. 201.*

Quid de ſententia ex conſilio JCtorum lata ſentiendum? §. XXIV. Cum verò ſententiæ Judicum ſæpius ferantur ex conſilio prudentum, vel ex præcepto & præſcripto Ordinationis Criminalis Caroli V. vel Judicis diſpoſitione vel partium voluntate, vid. Tabor *de tort. in analyſi art. Ord. Crim. 28 n. 9 p. 190* quæritur; *quid de ſententia ſtatuendum, quæ lata fuit ex conſilio corruptorum Sapientum vel JCtorum?* Reſpondem⁹ hanc pari ratione nullam eſſe, quandoquidem indignius videtur, ut, qui velut cæteris ſapientiores, legibus tantùm ac rationibus duci debent, ſe muneribus aut alia quavis corruptione ab ho-

ab honesto duci patiantur. Et cum hac in re consilium sit sententiæ præcipuum fundamentum, nulla quoque erit ex eo lata sententia, *l. 1. C. de appell. cap. cum quid. 39. de Reg. Jur. in 6to.* Bald. *lib. 1 consf. 481.* Talemq; sententiam non esse defendendam, censuit Speculat. *lib. 2. p. 2. tit. de requis. consil. n. 6.* quia res est mali exempli, nec introduci nec permitti debet, *l. 38. §. 5 ff. d. pœn. l. 1 §. 2. ad L. Corn. d fals.* Ne pecuniâ tentetur, quod virtute perfici debet, & ne ex corruptione quis conseqvatur commodum contra omnem bene vivendi rationem, *l. 1. & 2. C. de pœn. Jud. qui malè jud.* Hinc admoneri potest sapiens ne munerum oblatoribus facilè arrideat, tum quia contra officii dignitatem res est, tum quia tanquam is, qui publico fungitur officio, in gravem aliquam pœnam incidere facilè posset, *l. omnes, C. ad L. Jul. Repet.* Quid enim perniciosius excogitari potest, quàm iniquè Jurisprudentem acceptâ pecuniâ sub probitatis specie consulere? nam potius mors ipsa subeunda est, quàm ut iniqua impia ve perpetrentur, *cap. ita ne 3. C. 32. qu. 5. cap. Lotharius 4. C. 31. qu. 2.* & à sapiente maximè, qui, cum sapientiam & prudentiam auro & argento præstantiorem possideat, omni prorsus corruptionis labe vacare debeat. Pax Scala *de consil. sapientis lib. 4. cap. 11. per tot.*

§. XXV. Sententiæ nullitatem excipiunt pœnæ, quæ Jure nostro contra Judicem corruptum sunt introductæ. Et celebris est hoc nomine L. Julia repetundarum ex qua convenitur is, qui in magistratu, potestate, ratione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministeriove publico quid acceperit, quò magis, aut quò minùs officium faceret, *l. 1. 3. 4. 6. 7. ult. ff. ad L. Jul. Repet.* Pœnam quod attinet, est illa vel pecuniaria seu litis æstimatio ad quadruplum, *l. 1. & ult. Cod. eod.* vel extra *Effectus in pœnis.*

pecu-

pecuniariam, ratione causæ, quæ subest, exilium, mors, &c. *l. 7. §. ult. ff. d. t.*

Ex Jure novissimo. §. XXVI. Ratione utriusque novissimè Justinianus constituit, ut Judex corruptus pecuniæ, quam eo nomine accepit, triplum, & ejus, cujus promissionem suscepit, duplum fisco præstet, cingulo dignitatis amisso; scilicet si causa pecuniaria fuit; si verò criminalis, confiscatis omnibus bonis in exilium mittatur, *authent. novo jure. Cod. de pœn. Jud. qui malè judic. Nov. 24. cap. 2* Peretz. *ad d. tit. n. 2.* Dn. Brunnem. & Richter *ad d Auth.* quæ dispositio tantùm obtinet in Judice per sordes & turpitudinem malè judicante, in reliquis causis pœna quadrupli durat, Matth. *ad L. Jul. Repetund. cap. 2. num. 7.* Quin imo, cum ex novissima constitutione *auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript. Nov. 134. c. ult.* bona Rei non publicentur, nisi in causa læsæ Majestatis, non malè dixeris, redeundum esse ad pœnam quadrupli, si in causa criminali Judex acceptis pecuniis malè pronunciaverit. Id. *cit. loc.* Mortis verò supplicium obtinebit contra judicem, si pecuniam acceperit ad hominem necandum, qui erat innocens, vel quem punire non debuerat, *l. 7. §. ult ff. ad L. Jul Repet.* vel etiam non accepta pecunia innocentem interfecerit. Farinac. *d. qu. 111. n. 26.* Brunnem. *ad d. l. 7. ff. d tit.* Et hoc in casu concurrit accusatio ex L. Cornel. de Sicariis *l. 1. pr. l. 3 §. 4. ff. ad L. Corn de Sicar.* & ex L. Corn. de Falsis *l. 1. § 2. 3 ff. de L. Corn. de Falf.* Tenetur etiam ex *Edicto de Calumniatoribus*; ut mirum haud sit judicem dolose, fraudulenter ac malè judicantem relegatione aut fustigatione puniendum esse. Carpz. *Prax. Crimin. qu 93 n. 55.*

§ XXVII. Et hoc ipsum extendendum est ad JCtos, Scabinos aliosq; peritos, de jure respondentes, ut nimi-

nimirum hi,malitia,odio,aut amore pecuniæ ſcienter & dolosè falſò reſpondentes,de falſi crimine convicti pœna falſi plecti debeant. Quod licet raro quis accidere poſſet exiſtimare,ob ſanctum illud juramentum præſtitum,quo juſtitiæ obſtringuntur, res ipſa tamen loqvitur,affectus & amorem auri ſæpius hodie Doctorum atque peritorum oculos & aures excæcare & obfuſcare, ut ſcienter à via veritatis deflectant, & cauſas juſtorum ſubvertant contra prohibitionem DEI ſeveriſſimam. *Exod 23. 8 Deuter. 16. 19. Levit. 19, 15* Idem *cit. loc n. 56.* In Provincia Ultrajectina vetantur Senatores ulla, quantulacunque ſint, accipere munera à litigatoribus, eorumve procuratoribus. Pœna, ſi contra fecerint, ex ordine motio, & coercitio arbitraria, quam ſuſtinent, non ſolùm, ſi ipſi aliquid acceperint, ſed & ſi uxores, liberi, familia. Nec ſolùm, ſi pendente lite, ſed & ſi ante litem, ejus tamen contemplatione, aut poſt litem finitam acceperint, Matth, *d. l. cap. 3. num. 4.* Pluribus de hac pœna arbitraria, ejusdemque ſingularibus exemplis videri poteſt Menoch, *Arb. Jud. Qu. caſ 342.*

Extenditur pœna ad JCtos alios de jure reſpondentes.

Mores Ultrajectinor.

§. XXVIII. Sed quæritur de litis æſtimatione, *an eadem locum inveniat, ſi criminaliter actum fuerit contra Judicem ad relegationem vel graviorem pœnam corporis afflictivam? Et viceverſa, ſi pars intereſſe ſuum ſit conſecuta, an etiam extraordinaria pœna adhuc infligi posſit?* Affirmamus utrumque arg. *Nov. 8. cap.* 7. *& arg. l. penult. §. 1. ff. ad L. Cornel de Falſ l. 38 §. Judicis. 10. ff. de pœn. l. penult. ad L. Jul. peculat.* Matth. *cit. loc. c. 2. n. 4.* Bachov. ad Treutl. *vol. 2. diſp 32. th. 9. & ult. lit B. & ſeqq.*

Concurſus actionum ſuccesſivus.

§. XXIX. Hæc verò litis æſtimatio etiam ab hærede peti poteſt, intra annum à morte ejus, qui argueba-

Datur actio etiã contra hæredes.

guebatur, *l. 2. ff. ad L. Jul. Repetund. l. 2. Cod. eod. l. 20. ff. de accusat. l. 15. §. 3. ff ad SCtum Turpill* sive ad eum ex hoc crimine aliquid pervenerit, sive non, quod hic speciale est, ut scilicet turpe lucrum etiam hæredibus extorqueretur, cum præsumatur id lucrum ad hæredem pervenisse, nam hic quæstio principalis est ablatæ pecuniæ, *l. fin. ad L Jul. pecul.* Brunneman. *ad l. 2. Cod. ad L. Jul. repetund.* Licet alias pœnalis actio non detur contra hæredes delinquentis, quoniam delictum ita afficit pe·sonam, ut extra illam & ab illa relatio transferri & transire non possit, ne quidem in hæredem, qui delicti successor non est, neque repræsentatio defuncti propter dictam personalitatem in delictis locum habere potest, qua repræsentatione negata, necessario quoque negatur jus agendi. Bachov. *de action. disp 5. th. 4.* Confer. Rec. Imper. Augustæ Vindelicorum de An. 1548. *tit.* Daß die Instantz der Landfriedbrüchigen und Entsetzung auf des Beklagten Erben fallen soll/ & Recess. Imper. de An. 1557. §. Betreffend die Anregung/ Ordinat. Cam. *p. 3. tit. 9. §. penult.* ubi & hoc speciale notare licet, quod, quando pœnæ ipso jure imponuntur, eædem & ad hæredes lite non contestata transeant, *l. 22. ff. ad SCtum Syllan. l. 14. ff. de Publican. l. 20. ff. de accusat.* Quia tunc non agitur ad impositionem pœnæ, sed pœnam à jure impositam exigendam, itaque merito transit ad hæredem, etiamsi nihil ad eum pervenerit, Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. ult. n. 18.* Blum. *Process. Cam. tit. 29. num. 71.*

Ratio pœnarum in hæredes delinquentis non transeuntium.

Exceptio

§. XXX. Omnia verò hæc jura, quæ contra Judicem sunt constituta, videntur dubia reddi posse, ex eo, quod sententia lata nullitate laboret, sitq; ipso jure

nulla

nulla, nullum verò quod eſt, quomodo effectum producere poteſt poſitivum? Reſpondetur, introductum hoc eſſe in pœnam Judicis, ut, quoad ipſius præjudicium, & ut actio contra ipſum fundari poſſit, ſententia pro valida habeatur. Præter actionem igitur principalem, quam retinet, qui injuſtam accepit ſententiam, alia inſuper ei competit ex delicto adverſus ipſum Judicem, & quidem merè pœnalis, quæ non debitum ipſum perſeqvitur, ſed delictum Judicis, Frantz. *Exerc. 12. qu. 10. n. 23.* ut ideo nihil abſurdum ſit, ut quis idem quodammodo bis conſeqvatur, ſemel ut rem ſibi debitam, iterum, ut pœnam, Dn. Ziegler. *alleg. Concluſ. 20. § 53.* *Dubium reſolvitur & pœnarum juſtitia vindicatur.*

§. XXXI. Quæ pœnæ Judicem corruptum manent, vidimus; nunc conſiderandus venit corrumpens. Hujus ratione notandum eſt, quoad pœnam corporis afflictivam, eundem non minus puniendum eſſe, quam judicem ipſum. *l. ult. C. ad L. Jul. repet. Novell. 124. c. 2.* & eodem modo eſſe pœnam arbitrariam; probaturque ex eo, quod corrumpens falſi pœna tenetur, *l. 1. §. 1. verſ. & qui judicem. ff. de L. Cornel. de Falſ.* at pœna falſi eſt arbitraria, *d. l 1. §. ult. l. 3. eod.* hæc verò etiam pro qualitate delicti & circumſtantiarum ad ultimum ſupplicium extendi poteſt, *l 22. C. dict. tit. l. 1. & 2 C. de falſ. monet. art. 112. & 113. in fin. Conſt. Crim.* Theodoric. *in Colleg. Criminal. diſp. 8. theſ. 6.* & Carpzov. *dict. qu. 93 n. 95.* Tenetur etiam ad quadruplum ex L. Julia repetundarum, *l. ult. C ad L. Jul. repetund.* Ad hæc notatur infamia, *l. 1. ff. de his qui not. infam. l 7. ff. de publ. jud.* æquè ac judex corruptus, *l. 2. C. de pœn. Jud. qui male jud.* Menoch. *Arb. Jud. Q. caſ. 342. n 13* Marqv. Freher. *de Exiſtimat. lib. 3. cap. 14.* Similiter actor & reus qui diffidentiâ ſuæ cauſæ ſpem nego- *De pœna corrumpentis.* *Infamia.* *amittit cauſam.*

 nego-

negotii in corruptelam pecuniæ repoſuit, amisſione cauſæ mulctatur, *l. 1. C. de pœn. Jud. qui male jud. l. 1. § 3. ff. de calumniator.* actor ſcil. actionis, reus exceptionis. Corruptori tamen, qui ſeipſum defert & judicis corruptionem probaverit, venia datur. Idq; ideo ut fraudes judicum detegantur, & ne per has quispiam damnum accipiat. Si verò probare non potuit in cauſâ pecuniaria, cogitur tantum fiſco inferre, qvanti res eſt, de qua lis mota fuit: In criminali omnia bona ejus fiſco addicuntur, (vid. tamen ſupra §. 26.) & abſolvitur judex corruptionis accuſatus, ubi ſe purgaverit jurejurando: Recuſans namq; hoc jurejurandum ſubire, prædictis pœnis ſubjacet; ſicut & ille, qui juraverit quidem ſe nullam pecuniam ſordidè accepiſſe, verùm poſteà intra decem menſes à die latæ iniquæ ſententiæ perjurii convincitur. *dict. Nov. 124. c. 2.* Et harum pœnarum periculum, nec non iſtud jurandi ſeu purgationis onus litigatori quoq; incumbit, qui Judicem corrumpere voluiſſe arguitur. Peretz. *ad Cod. de pœn. Jud. qui male jud.* Bald. *in auth. novo jure C. d. t.* Menoch. *Arbitr. Jud. quæſt. caſ. 342. n. 16. ibiq; Dd.* & minimum extraordinariè puniri poteſt, *arg. l. 1. pr. & § 2. ff. de extraord. crim.*

caſus impunitatis.

conatus punitur.

An detur condictio dati in bonâ cauſâ?

§. XXXII. De dati condictione, cum illa in mala cauſa locum non inveniat, ob præſentem utriusque turpitudinem, *t. tit. de condict. ob turp. cauſ.* quæritur.; *Numne repeti posſit illud, quod in bona cauſſa datum eſt?* Hujus deciſionis fundamentum ex dationis honeſtate vel turpitudine venit petendum. Nam ex ſententiâ nonnullorum Dd. turpitudo ex parte dantis non adeſt adeoq; repeti poterit. Treutler. *vol. 1. diſput. 22. th. 3. lit. F.* ibiq; D. Menoch. *alleg. caſ. 343. num. 8.* Duaren. *ad tit. de condict. ob turp. cauſ. c. 3.* Hillig. ad Donell. *l. 14. c. 24.* Sed con-

contrarium de utriusque turpitudine jam ſupra §. 15. circa fin. adſtruximus, qui enim bonam habet cauſam & ſibi injuriam facit & judici ſi munus offerat. Sibi, quia videtur ſuæ cauſæ diffidere; Judici, quia eum exiſtimat talem, qui ne quidem in bonâ cauſa ex æquo ſit pronunciaturus, niſi pretio redemptus. Ziegler. *in ſæpius laudata concluſ. 20. 16.* & ſimile crimen contrahere dicitur in *l. 2. §. fin. ff. d. t. de condict. ob turp. cauſ.* adeoque non ſolum fiſcus illud auferre debet, *l. 9. ff. de Jure fiſc. dict. Nov. 124. cap. 2.* ſed propter generalem juris noſtri diſpoſitionem & pœnarum jam relatarum conſtitutionem tam ratione dantis, quàm accipientis, etiam puniendus venit. Conf. Bachov. ad Treutler. *d. Vol. 1. diſput. 14 th 3. lit F.* *Negatur.*

§. XXXIII. Ultimo deniq; loco pro concluſione hujus capitis notandus eſt inter alios effectus, ex jam deductis eluceſcunt, ille quoq; pro parte adverſa, in cujus præjudicium facta fuit corruptio, quod habeat exceptionem ſuſpecti judicis, & corruptio ſit cauſa recuſationis, Rittershuſ. *ad Nov. p. 9 c. 6. n. 101.* Nam quæcunq; cauſa repellit teſtem, eadem etiam valet & multò magis admittitur contra judicem, quia facilior aliorum judicum copia, quam teſtium haberi poteſt, Dn. Brunn. *in Proceſſ. civil. cap. 7. n. 19* Ziegler. *de offic. judic. concluſ. 13. §. 34.* Quomodo verò proponenda ſit hæc exceptio, tradit laudatus Brunn. *cit. loc. num. 18.* obtinebitque etiam hoc in caſu, uti alias in cauſa judicis ſuſpecti, *Juramentum perhorreſcentiæ*, quod proponitur in *c. 11. §. cum verò, de reſcript. in 6to.* Judexque inferior ejuratur, quod quis non ſperet ſe juſtitiam ob corruptionem æquè & incorruptè apud eundem conſecuturum. Conf. Feltmanni *Tract. de hoc Juramento* For- *Effectus in exceptione Judicis ſuſpecti.*

Juramenti perhorrescentiæ formula. mulam juramenti hujus hanc suppeditat Autor *Sciagraphiæ Processſ. judiciar. num 6.* Jch ſchwere einen leiblichen Eyd zu GOtt und auf das heilige Evangelium / daß ich zu keiner Verkleinerung des Gerichts / ſondern aus vorgebrachten redlichen Urſachen des geſchöpfften Argwohns eine entſetzliche Furcht und Scheu trage / vor dieſem Gericht perſöhnlich zu ſtehen / und mich in der von meinem Gegentheil angebrachten Klagſache recht-fertigen zu laſſen / hab auch das gute Vertrauen anietzo nicht / noch hoffe ins künfftige zu gewinnen / daß ich glauben köñe / daß mir hieſelbſt unpartheyiſch Recht wiederfahren und gedeyen möchte / ſondern wil vorm Ober-Richter / oder wo ſonſt meiner vor einem delegato Judice zu recht begehret wird / meine Sache ohne alle Gefährde und muthwillige Verzögerung ausführen / ſo wahr mir GOtt helffe und ſein heiliges Wort.

Juramentũ calumniæ contrariũ eſt corruptioni Jud. §. XXXIV. De Juramento Calumniæ, tanquam remedio corruptioni judicis contrario agendum adhuc eſſet, ubi ſcilicet litigantes juramentum calumniæ generale ad cauſam totam præſtantes inter alia capitula jurant, ſe nihil dediſſe vel promiſiſſe Judici, vel daturos aut promiſſuros eſſe; ſed cùm in *tit. Cod. de Jurejur. propt. calumn. dand.* & materia Proceſſus Judiciarii de hoc juramento ex profeſſo à Doctoribus & Interpretibus Juris agi ſoleat; Brevitatis ſtudio nos ad hoſce remittentes progredimur Divinâ adſtipulante gratia ad

CAP.

CAPUT III.
DE
Argentangina Partium & Teſtium.

§. I.

JUdicis Argentanginam ſatis pro noſtro inſtituto conſideratam eſſe credimus, tum in ſe, tum ratione probationis, effectus & contrarii, adeoq; nunc ordine convenienti partium & teſtium examinabimus perſonas huic crimini obnoxias. Nam ad perſonas principaliter judicium conſtituentes unà cum Judice referuntur actor & reus, *l. 62. ff. de Judic. l. 13. §. 2. C. eod.* qui in civilibus vocantur Germanicè Kläger und Beklagter/ in criminalibus, Ankläger und Angeklagter/ it. Peinlich Angeklagter. Et quia ſubſtantialis & neceſſaria Proceſſus pars etiam eſt Probatio, *Clem. ſæpe de V. S.* hæcq; inter alia à teſtibus quoque expediatur, litigantesq; omnem lapidem movere ſoleant, quo hoſce ad ſuas partes trahant, eorundem ſimul in hoc capite habebimus rationem. *Ratio Methodi & connexionis.*

§. II. Quod verò non infrequens ſit hoc crimen inter ipſas partes litigantes, ſatis demonſtrat edictum Prætoris de calumniatoribus iis, qui, ut negotium faceſſerent, vel non, qvæſtum faciunt, *l. 1. pr. ff. de calumniator.* daturq; eo nomine actio in factum ei, cui lis per calumniam illata, contra illum, qui pecuniam eo nomine accepit intra annum in quadruplum acceptæ pecuniæ, poſt annum in ſimplum, *d. l. 1. l. 3. §. fin. l. 7. eod.* Pecunia verò hic quamcunq; rem, ex qua lucrum captatur, *Edictum de calumniatoribus ſpeciem argentanginæ continet.*

ptatur,

ptatur, significat, *d. l. 1. §. 2* & vel eam accepisse ante vel post litem contestatam, sufficit, *l 1. §. 1.* sive negotium postmodum faciat, sive desistat, *l. 3. § 1. d. tit* ipsâ enim depactione delictum per pecuniæ acceptionem consummatum censetur. Frantzk. *ad d. tit. n 6.*

Reus in hoc judicio. §. III. Datur itaque hæc actio contra calumniosum actorem, qui pecuniam accepit vel à Reo, ne sibi negotium facesseret, sive litem calumniosè motam institueret, *l. 3. in fin. d. t.* vel à tertio, ut alter vexaretur litibus, vel non, *l 1 l. 7. l. pen. eod.* Utrumq; enim turpe est; illud extra controversiam, hoc, ne sc negotium vel vexatio fiat, quod per se quidem honestum, *l 4. §. 1. ff. de alien. jud. mut. caus. fact.* Grot. *de J. B & P. lib 1. c. 2 §. 8 n 4.* sed ex quo accepta illâ pecuniâ abstinet alioquin acturus, turpe & illicitum, cum amore virtutis, non pecuniæ quisq; in officio contineri debeat, *l. 7. §. si ob maleficum 3. ff. de pact.* Frantzk. *d. l n 5.*

An tertio danti detur actio? §. IV. Cum verò tertius qui dedit, ut alter vexaretur litibus, in eadem turpitudine cum accipiente verssetur, eidem non datur condictio, nec hæc actio, *d. l. 3. § fin. de calumniator.* si tamen dederit, ne negotium alteri qvis faciat, ob cessantem turpitudinem dabitur eidem condictio ob turpem causam, *l. 7. pr. d. tit.* non verò actio calumniæ seu in factum, qvoniam danti lis mota non fuit seu imminuit, ob quam, ne institueretur, pecunia data. Struv. *Exerc 7. th. 57.*

Usus hodiernus hujus edicti. §. V. In usum hujus edicti & actionis hodiernum si inqvirere placet, respondet Dn. Struv. *dict. Exerc. th. ult.* hoc edictum & actionem non esse in usu, sed, si qua talis calumnia occurrat, interesse peti, & pœnam arbitrariam infligi posse. Conf. Treutler. *vol. 1 disputat. 10. th. 7* qui eandem sententiam jam ante defendit, scil. hodie arbitrio Judicis pro delicti qvalitate calumniatores

res puniri & infames fieri: Sed si legum tenaces esse volumus, uti par est, hujus tituli observantiam adhuc asserere tenemur, habemusq; in hujus juris observantia Antecessorem celeberrimum Dn. Brunnem. *ad l. ult. ff. de calumn. Sane*, inqvit, *rarò ex hoc edicto agitur, si tamen agatur, denegari non posset actio.* Imo & calumnia in agendo vel excipiendo observata, ceu perfidiæ & impietatis species punienda. Mev. *part. 2. dec. 207.* Et si per mille annos nemo de calumnia esset punitus, impunibile tamen propterea hoc delictum non redditur, add. Bachov. ad Treutl. *dict. loc.* Adhæc, Doctores allegati pro hujus edicti abusu se fundant in autoritate Menochii, sed si eundem consulimus, observamus loqventem de suæ gentis moribus: *Hodie*, inquit, *semper extra ordinem: atq; ita Judicis arbitrio, quovis in casu calumniatorem puniri, NOSTRI scribunt.* Et in specie de pœna talionis ibidem sermo est, quæ dictatur in Judiciis Criminalibus iis, qui falsa crimina intendebant, *ex l. fin. Cod. de Calumniat.* & à nostra actione ex edicto diversa fuit, licet concurrerit interdum, uti de concursu plurium actionum cum hac ex edicto videri potest Wesenbec. in *Paratitl. de calumniat. in fin.* Obiter occasione hujus controversiæ notare placet de moribus istius seculi, in quo vixit Menochius, sententiam Alexandri Turamini, JCti *in libro singulari epist. 17. ad Hieronymum Benevolentum, Jurisconsultum, Præceptorem suum; In hoc pessimo*, ait, *Italiæ seculo, in quo primum locum autoritas, eaq; ex omnibus sine delectu sumta, lex verò & ratio ultimum tenet, si tamen alii, iiq; verè eruditi ad verum scribendi genus cæteros revocarent, nec venalis opinionum indigesta consarcinatio tam frequens esset, nec apud cæteras gentes tàm exigua nostrorum JCtorum fama.*

Probatur usus.

Menochii sententia refertur.

Querela contra mores & autoritatem Dd.

ptatur, significat, *d. l. 1. §. 2* & vel eam accepisse ante vel post litem contestatam, sufficit, *l. 1. §. 1.* sive negotium postmodum faciat, sive desistat, *l. 3. § 1. d. tit* ipsâ enim depactione delictum per pecuniæ acceptionem consummatum censetur. Frantzk. *ad d. tit. n 6.*

Reus in hoc judicio. §. III. Datur itaque hæc actio contra calumniosum actorem, qui pecuniam accepit vel à Reo, ne sibi negotium facesseret, sive litem calumniosè motam institueret, *l. 3. in fin. d. t.* vel à tertio, ut alter vexaretur litibus, vel non, *l 1 l. 7. l. pen. eod.* Utrumq; enim turpe est; illud extra controversiam, hoc, ne sc negotium vel vexatio fiat, quod per se quidem honestum, *l 4. § 1. ff. de alien. jud. mut. caus. fact.* Grot. *de J. B & P. lib 1. c. 2 § 8 n 4.* sed ex quo accepta illâ pecuniâ abstinet alioquin acturus, turpe & illicitum, cum amore virtutis, non pecuniæ quisq; in officio contineri debeat, *l. 7. §. si ob maleficum 3. ff. de pact.* Frantzk. *d. l n 5.*

An tertio danti detur actio? §. IV. Cum verò tertius qui dedit, ut alter vexaretur litibus, in eadem turpitudine cum accipiente versetur, eidem non datur condictio, nec hæc actio, *d. l. 3. § fin. de calumniator.* si tamen dederit, ne negotium alteri qvis faciat, ob cessantem turpitudinem dabitur eidem condictio ob turpem causam, *l. 7. pr. d. tit.* non verò actio calumniæ seu in factum, qvoniam danti lis mota non fuit seu imminuit, ob quam, ne institueretur, pecunia data. Struv. *Exerc 7. th. 57.*

Usus hodiernus hujus edicti. §. V. In usum hujus edicti & actionis hodiernum si inqvirere placet, respondet Dn. Struv. *dict. Exerc. th. ult.* hoc edictum & actionem non esse in usu, sed, si qua talis calumnia occurrat, interesse peti, & pœnam arbitrariam infligi posse. Conf. Treutler. *vol. 1 disputat. 10. th. 7* qui eandem sententiam jam ante defendit, scil. hodie arbitrio Judicis pro delicti qvalitate calumniatores

res puniri & infames fieri: Sed si legum tenaces esse volumus, uti par est, hujus tituli observantiam adhuc asserere tenemur, habemusq; in hujus juris observantia Antecessorem celeberrimum Dn. Brunnem. *ad l. ult. ff. de calumn. Sane*, inqvit, *rarò ex hoc edicto agitur, si tamen agatur, denegari non posset actio.* Imo & calumnia in agendo vel excipiendo observata, ceu perfidiæ & impietatis species punienda. Mev. *part. 2. dec. 207.* Et si per mille annos nemo de calumnia esset punitus, impunibile tamen propterea hoc delictum non redditur, add. Bachov. ad Treutl. *dict. loc.* Adhæc, Doctores allegati pro hujus edicti abusu se fundant in autoritate Menochii, sed si eundem consulimus, observamus loqventem de suæ gentis moribus: *Hodie*, inquit, *semper extra ordinem: atq; ita Judicis arbitrio, quovis in casu calumniatorem puniri, NOSTRI scribunt.* Et in specie de pœna talionis ibidem sermo est, quæ dictatur in Judiciis Criminalibus iis, qui falsa crimina intendebant, *ex l. fin. Cod. de Calumniat.* & à nostra actione ex edicto diversa fuit, licet concurrerit interdum, uti de concursu plurium actionum cum hac ex edicto videri potest Wesenbec. in *Paratitl. de calumniat. in fin.* Obiter occasione hujus controversiæ notare placet de moribus istius seculi, in quo vixit Menochius, sententiam Alexandri Turamini, JCti *in libro singulari epist. 17. ad Hieronymum Benevolentum, Jurisconsultum, Præceptorem suum; In hoc pessimo*, ait, *Italiæ seculo, in quo primum locum autoritas, eaq; ex omnibus sine delectu sumta, lex verò & ratio ultimum tenet, si tamen alii, iiq; verè eruditi ad verum scribendi genus cæteros revocarent, nec venalis opinionum indigesta consarcinatio tam frequens esset, nec apud cæteras gentes tàm exigua nostrorum JCtorum fama.*

Probatur usus.

Menochii sententia refertur.

Querela contra mores & autoritatem Dd.

Subornati & submissi accusatores quales fuerint. §. VI. In Judiciis Criminalibus sæpius calumniose submitti & subornari solebant accusatores, inde etiam subornati & submissi accusatores dicebantur, qui ad mandatum, instigationem & instructionem alterius, accusationem capitalem instituebant. Sed uterq; non sine pœna dimittebatur ex SCto Turpilliano, ille ex suo mandato, hic, quod ministerium alieni timoris recepit, *l. 1. § pen. ff. ad SCtum Turpill.*

Hodie hæc subornatio fit per Fiscalem. §. VII. Hodie etiam similis submissio & subornatio non infreqvens esse solet, & potissimum fit per clandestinam & malitiosam submissionem Fiscalis, qui accusatoris vice fungitur, daß einer dem andern den Fiscal über den Halß schicket/seq; hujus ministeriô publicô, periculo calumniæ eximunt. Quod sæpissimè sine corruptione fieri non solet. Hinc in Ordinatione Cameræ Spirensis ad coercendam hanc malitiam saluberrimè constitutum est, *p. 1. tit.* des Fiscals Eyd/ *60.* ut juret Fiscalis seu Procurator Fisci Cæsarei inter alia, se sine dolo & calumnia acturum, *ibi*: Keines vor dem andern verschonen/und wissendlich keinerley falsch und Unrecht gebrauchen/&c. seines Ampts und fiscalischen Sachen halber keine Gaab/Geschenck oder einigen Nutzen/entweder durch sich selbst/oder andere/wie das Menschen Sinn erdencken möchten/nehmen/oder Jemands von seinetwegen nehmen lassen. Et ad impediendam omnem malitiam omnes causas fiscales consilio, præscitu ac consensu Dominorum Assessorum, qui ei tanquam deputati, semper adjungi solent, inchoet: Blum. *in Processʃ. Cam. tit. 8. n. 10.* hocq; in juramento simul exprimi solet; Auch mit den Wiederparthehen kein Vorgeding oder Vorwort/ausserhalb sonderlichs wissen und Befehls des Cammer-Richters/und zweyer

Bey-

Beysitzer/machen/Heimlichkeit/Unterricht und Behelff/so er in der Sachen erkundet und erfähret/dem Fisco zu schaden nicht offenbahren 2c.

§. VIII. Verùm,ne Fisci Procuratores impunè ferunt calumniandi temeritatem, & tantò durius plectendi veniunt,quod publici, & necessarii officii autoritate se munientes vagè calumniantur,& in bona,sanguinemq; aliorum ob commodum proprium & malitiam diabolicam aliorum turpiter sæviunt. Dignitatem habent Advocati Fisci & merentur specialia privilegia *l. 10. C. de Advoc. divers. judic.* ibiq; Bald. Verùm,cum sint eorum multi,qui vel ex odio, vel ex affectata severitate,vel aucupio lucri, vel gloriæ, vel gratiæ Principum,vel Magistratuum quotidie excoriare homines, & carceratos sumtibus indebitè vexare quærunt, ut impleant illorum bursas, fieri non potest, quin se, suumq; officium hoc ipso contaminent, & non rudi plebiculæ tantùm,sed etiam viris honestis & prudentioribus reddant exosum,& jure teneantur parti vexatæ de refundendis expensis & actione injuriarum, atq; insuper vivi essent comburendi,*l. 9. C. ubi casu Fisc.* non enim fisci nomine privatis calumnias commovere debent,*l. 3. C. de Advoc. fisci*, ne inde injuriarum nascatur occasio,unde jura nascuntur,*l. 6. C. unde vi.* Peregrinus *de jure fisci lib. 7. c. 2. n. 7.* Licet inauditum sit, aliquem fisci Procuratorem propter calumniam esse combustum, &,proh dolor! calumniantes fisci Patroni,& officii necessitatis,& publicæ utilitatis prætextu, ne scil. delicta maneant impunita,ignem elementarem de consvetudine soleant effugere, futurum tamen æterni ignis supplicium nequaquam sunt evitaturi. Nec solum hoc,sed propter ejusmodi miserorum & innocentium

Punienda est Fiscaliū calumniosa accusatio.

Pœna vivi comburii.

oppressionem ipsi Principes & Magistratus in se & Rempubl. culpam & vindictam Dei Opt. Max. devolvunt. Caveant itaq; ne calumniæ conniveant, & Fisco suo avarè faveant, uti ex aliis monet dexterrimus causarum criminalium censor Oldekop. *Observ. Crim. tit. 14. obs. 4. n. 1. & seqq.*

Pœna Cameræ Spirensis.

§. IX. Et in hoc laudanda venit Ordinatio Cam., quæ calumniosam malitiam impunitam non relinquit, sed expressè vult, ut Procurator Fisci Deputatorum arbitrio non obtemperans, à Collegio Camerali arbitrariè puniatur, & si quem sine eorundem voluntate, ac consilio Advocati Fisci conveniens, succumbat, expensas de suo sarciat, *ibi:* Wo er aber das thäte/und den Partheyen unrecht beschehe/alsdeñ sol er in die expens nach Mäßigung des Cañergerichts/ von seinem Gut zu bezahlen condemniret werden: cæteroqvin ipse Fiscus, si sic Camera pronunciaverit, refundat: So aber die Sachen mit vorgehabten Rath/ und aus Befehl/ (wie verlautet) fürgenommen/und nichts destominder etwan aus unrechtem Bericht/ oder andern Ursachen/ der Fiscal der Rechtfertigung niedergelegt/so sol er alsdann je nach Gelegenheit und Gestalt der Sachen der Expens halben/aus dem Fisco zu bezahlen/ oder nicht/ nach Erkäntnüß des Cammergerichts gehalten werden *p. 1. tit. 16. §. 2.* Blum. *d. loc. n. 10.* Videmus itaque, quod in pœna temerè litigantium Fiscus in Camera nullo gaudeat privilegio, sed jure communi æstimetur, *arg. l. 79. ff. de judic.* hocq; ipsum Dd. generaliter de Advocato

Fiscalis an teneatur jurare juramentum calumniæ?

fisci asserunt, scil. si de facto calumniosam litem intendat, de propriis bonis expensas restituere debeat, Boër. *Dec. 324* Surdus *Dec. 18. n. 4.* Peregrin. *d. l.* Imò etiam eundem juramentum calumniæ præstare debere, non absur-

absurdum videtur per rationes, quas allegat Surdus *dict. loc.* licet ipse contrarium in Senatu Mantuano receptum fuisse referat: & in Camera Spirensi non juret, Gail. *lib. 1. Obs. 90.* Mynsinger. *cent. 1. Obs. 74.* Ruland. *de Commissar. p 1. lib 7. c. 14. n. 10.* Setser. *de juram. lib. 3. c. 3. n. 111.* quia Cæsaris & Imperii nomine ex generali mandato constitutionum Imperii causas peragit ac in judicium deducit. Ejusmodi igitur juramentô ob Majestatem mandantis gravari non debet. Blum. *in proc. Camer. tit. 72 n. 18.* Et hoc privilegium esse tantum supremi & Cæsarei fisci existimatur, Mev. *p. 3. decis. 191. n. 5.* alias officii necessitas ne quidem procuratorem fisci Principis à calumniæ juramento excusat, ubi injusta causa deprehenditur, id. *d. l. n. fin.* scimus enim Officiales similes adulatione erga Principes aut pro ambitione vel avaritia sua sæpius lites excitare, aliis movere, & vel illorum gratiam, vel sua compendia, vel in alios vindictam quærere. In celeberrimo tamen JCtorum Collegio hujus Viadrinæ praxis Cameralis approbata, & Fisci Procurator à præstatione juramenti absolutus fuit, m. Jan. Ann. 1653. attestante Dn. Brunn. *cent. 1. decis. 97.*

Negatur de Cameræ Advocato Fisci.

Speciale hoc est in illo, in aliis cessat.

Præjudicium contrarium.

§. X. Generaliter verò notandum, eum, qui præmium vel pretium acipit, ut aliquem accuset, vel non, ab accusatione esse repellendum, *l. 8 ff. de accusat.* & ratio est in turpi quæstu, isque tenetur crimine concussionis, ac etiam pœnâ falsi, *l. 1. § 1 ff. d. L. Cornel. de fals. l. 2. ff. de concuss.* nam uti testis ob pecuniam receptam à limine judicii repellitur, *gl. in l. 4. in fin. ff. de accusat.* eodem modo accusator ab accusando repellitur pecunia accepta, Rosbach. *in practic. crimin. tit. 1. c 8. n 23.* Et licet fœmina in iis casibus, ubi suam suorumque injuriam prosequitur, ad accusandum admittitur,

Corruptus non potest accusare.

Fœmina accusans & pecuniam

 impu-

accipiens punitur. impunè, abolitione non impetratâ, desistere possit, *l. 1. §. 10. in fin. ff. ad SCtum Turpill. l. 4. eod* si tamen accepta pecunia desistat, & sic turpiter depecta sit, enim tenetur, *l. pen. Cod. eod.* Zoes. *ad d. tit. n. 8.*

Licita Argentanginæ species. §. XI. Aliud est si reus accusatorem in publicis judiciis, pœnam sanguinis sive mortis ingerentibus, corrumpat, & pretio dato, vel promisso, vel debito remisso, transigat, tunc enim non punitur, sive hoc ante, sive post institutam accusationem fiat, *l. 18. C. de transact. l. ult. C. de prævaricat.* Struv. *Exercit. 6. th. 61* Licet enim publicè intersit, ut delicta maximè capitalia, puniantur, *l. 9. §. 5. de publican. & vectigal.* prodest tamen reo transactio, (1.) ne pro confesso habeatur; quia lege permittente transigit, & ob dubium litis eventum, miserationis ratione, præsumitur potius periculo mortis territus, quàm sceleris conscientiâ pecuniam dedisse, *l. 1. ff. de bon. eorum, qui ante sentent.* (2) ne sustineat pœnam, quæ aliàs accusatorem corrumpenti infligitur, *l. 4. l. 29. l. 34. ff. de jure fisci.* (3.) quod accusator nullô modo possit contra ipsum accusationem repetere, Hahn ad Wesenb. *tit. de transact. n. 5. verb. merito hoc utriq;* ubi simul demonstrat jus naturæ non reprobare hanc transactionem. Nec nocet eadem accusatori, utpote, qui in pœnam talionis aut SCti Turpilliani non incidit, licet cœptam accusationem deseruerit, aut abolitionem non impetraverit, *arg. l. 13. §. 1 ff. ad SCtum. Turpill* Zoes. *ad tit. de transact. n. 29.* nec in crimen concussionis, licet ante cœptam accusationem pecuniâ acceptâ desistat, *l. 1. §. 3 ff. de calumniat.* Struv. *cit. loc.* ubi etiam hujus regulæ habet exceptiones. Hoc tamen casu præjudicium fit nullum alii accusatori vel Reipublicæ, sed eidem nihilominus integra est in transigentem

Effectus transactionis pro reo.

Pro accusatore.

Salvo tamen interesse Reip. hoc fit.

tem reum animadversio, *l. 5 §. ult. ad L. Jul de vi publica.* quia, licet pars in sui præjudicium remittere pœnam possit, *l. penult. C. de pact.* id tamen non potest facere in præjudicium Reipublicæ, cum hujus jus quæsitum pacto privatorum tolli nequeat, *l. 38 ff. de pact.* Nec ipsi Magistratui idem hîc licitum erit, quod privato, neq; reum sine causæ cognitione, pecuniâ, pro redimenda vexa, acceptâ, impunè salvâ conscientiâ dimittere potest, vid. Dd. Brunn. *Proc Crim. cap. 10. n. 29*

Magistrat9 salvâ conscientiâ transigere non potest.

§. XII. In privatis verò delictis, ubi sanguinis pœna cessat, aliud observatur jure communi, si enim reus post institutam accusationem criminalem transegerit, pro victo habetur, & confesso *l. ult. de prævaricat.* (quod tamen hactenus verum est, ut tantùm contra eum inquiri possit, non ut statim puniatur, & ad carnificem rapiatur, sed ut se ipsum gravissimo oneret præjudicio, quòd hic præsumtio juris sit, conscientiâ criminis adversarium corruptum esse; adeoq; etiam post transactionem ampliori cognitione & sententiâ opus erit. Bachov. *ad Treutler. vol. 1. disput. 7. th. 5. lit. E.*) & accusator incidit in accusationem falsi & pœnam Scti Turpilliani, *l 1. §. 7. ff. ad Sctum Turpill* & prævaricatur, *l. 10. C. ad L. Jul. de adulter.* Hahn *cit. loc. verb. sanguinis pœnam non irrogant.* & si civiliter agatur, *l. 17. §. 1. de pact. l. 13. Cod. de furt.* rerum sequitur infamia, *l. 4. §. ult. l. 5. l. 6. §. 3. ff. de his qui not. infam.* Brunn. *ad Wesenbec. de transact. qv. 21.* nisi publicè, autore Prætore, transigat, tunc enim impunè uterque, & maximè reus, circa infamiæ notam transigere potest, *l 6. §. 3. ff. de his qui not. imfam.* Alias, in actione ex. gr. injuriarum, turpe videtur, actorem accipere aliquod violatæ famæ pretium, adeòque honorem habere venalem. Mev. *p. 1. decis. 223. n. 8.* Et præ-

Aliud in delictis privatis.

Reus transigens in his quomodo pro confesso habeatur?

Cautela pro reo.

præsuppositâ hac autoritate Magistratus, hodie in his criminibus licitè citra pœnam transactio fieri potest. Carpz. *prax crimin. p.3. qv. 148. n. 17.* Pari impunitatis & salvæ existimationis effectu Dd. dicunt esse *dationem pro redimenda vexa*, aut declinandis litis sumtibus atque molestiis, ubi reus non fatetur, sed tantùm judicium evadere nititur. *§. fin. Instit. de perpet. & temporal. act.* Nec magis huic aliquid imputari potest, quàm ei, qui actione famosâ conventus ante condemnationem æstimationem injuriæ solvit. In quo JCti licitam & salutarem cautelam ponunt, injuriarum condemnationem, ut & infamiam evitandi, *l. si reus, 73. & ibi* Bart. *n. 4. ff. de procurat.* Gail. *lib. 2. obs. 103. n. 3.* Diss. Brunnem. *ad l. 5. ff. de his qui notant. infam. n. 4.* Si itaque injuriæ æstimationem solvendô potest infamia evitari, quid ni transactione, quæ minus confessionis habet? Mev. *cit. loc. n. 10.* ἐν παρόδῳ notari potest redemtio vexationis, in spiritualibus beneficiis, quam Canonistæ examinant & certo modo sine vitio simoniæ admittunt, disquirentes: an licitum sit, pecuniâ redimere vexationem ab adversario, qui idem beneficium petit? vel electori offerre pecuniam, si vult eligere indignum, nisi pecuniam à digniore accipiat? item, an licitum sit dare pecuniam alicui, ut metum incutiat competitori, ad hoc, ut desistat à concursu circa electionem ad beneficium? &c. Vid. de hisce quæst. affirm. & neg. Nicol. Rodri. Fermosinus *Tractat. 1. Crimin. ad tit. d. Simonia. cap. 23. & 27. pag. 259. seqq.*

Datio pro redimendâ vexâ.

Cautela pro injuriante.

Redemtio vexationis in beneficiis remissive.

Transitio ad testium argentanginam.

§. XIII. Sequitur jam testium Argentangina, quæ litigantium malitiâ generatur, testium improbitate fovetur; sed utrumq; non impunè fit. Illi decipulas adversariò positas hoc morbo seu crimine tegunt, hi verô avari-

avaritiam suam turpiter eodem produnt; jura damnant utrumque. Et sæpius litigantes, qvibus non jus deficit, sed probatio, *l. 30. ff. de testam. tutel.* ad argentanginam confugiunt, tanquam ad subsidiarium remedium, testesque pretio & præmio conducunt, conductos ad depositionem inducunt, inductosque perjurium docent. Hiq; in *l. 21. ff. de L. Corn. de Fals.* dicuntur *instruere litem advocatione*, non enim in illâ L. ii intelligendi, qui Advocatos quoquo modo instruxerunt, sed qui advocationem struxerunt pecunia acceptâ in fraudem innocentis. Nec tam intelligendi Patroni, qui causas orant, quàm testes, qui quia præsentiam vocanti commodabant, & ipsi advocati dicti sunt. Exempli loco illud ex Plauti *Pænulo* adduci potest, ubi Agorastocles adolescens advocatos, i. e testes struit, qui lenonem Lycum in fraudem inducant, testimonioque suo receptati alieni servi convincant. Matthæus *de Crimin. tit. de fals. c. 1. n. 14.*

Quid sit instruere litem advocatione

§ XIV. Fit verò illa corruptio, vel ut verum reticeatur, vel ut falsum dicant, vel etiam veritatem asserant. Omnes hi fines illiciti sunt, nam de prioribus nullum est dubium, & posterior æquè damnosus, ac in Judice munerum acceptio, ut juste in bona causa judicet, de quo supra actum fuit, *cap. 2. §. 11.* Nam hic quoque testis non virtutis studio veritatem asserit, sed pecuniæ amore, *arg. l. 4. §. si tibi. ff. de condict. ob turp. caus. l 3. §. 5. de testib.* adeoque æqvum est, ut eodem modô extraordinariè puniatur *artic. 64. Ordinat. crimin. ibi.* Belohnte Zeugen sind auch verworffen / und nicht zuläßig / sondern peinlich zu straffen: incidit verò testis ille, qui pecuniam accipit, ut veritatem dicat, in pœnam falsi, hocque probatur ex generalitate textus, *l. 1. §. 1. & 2. ff. ad L. Cornel. de Fals.* Et licet quis dixerit, testem pro veritate dicenda argentum accipientem nemini nocere, quod alias in constituendo falsi crimine à Dd. communiter requiritur, Natta *Lib. 3. Consil. 588.* Farinac. *Prax. Crimin. part. 6. quæst. 150. num. 291.* Bossius *in tit. de Fals. n. 90. in fin.* Damhoud. *in pract. rer. criminal. cap. 122. n. 10.* Schneidewin. *in §. 7. Institut. de publ. judic.* Gail. *lib. 1. Observ. 100. num. 7.* attamen negari nequit eum delinquere contra juramentum præstitum, quo promisit,

Testis, qui accipit pecuniam ob veritatem dicendam, an sit puniendus? Affirmat.

misit, daß er die Warheit sagen/und solches weder umb Geld noch Gabe thun oder lassen wolle. Mitius tamen puniendus erit, entweder mit Gefängniß/ oder mit zeitlicher Landesverweisung/quàm ille, qui pecuniam accipit, ut veritatem reticeat, vel falsum dicat, uti hanc sententiam præjudicio adducto probat Carpzov. *Pr. Crim. P. 2. qv. 93. n. 49. 50. 51.* Struv. *Exerc. 49. th. 71.* Treutl. *vol. 1. disp. 22. th. 3. lit. F.* ibique Bachov. *verb. Idem verum est in teste.* Theodoric. *in judic. crimin. pract. cap. 8. n. 15. & seqq.* Matth. *de Crimin. ad tit. de falsf. cap. 1. num 13.* qui eandem pœnam L. Corneliæ & tunc obtinere vult, si quis corruptus testimonii ergo fuerit, nec tamen producentem, sed adversarium ejus testimonio juverit. Omnino enim Legislatori hic propositus scopus videtur in *d. l. 1. §. 1. ff. ad L. Cornel. de Falsf.* ne testes ullo modo pecuniam accipere possint, alioquin, spe præmii propositâ, non defuturos, qui falsum dicere velint. Atque hæc, ratio ipsi sufficit: quam enim alii adjiciunt; quod duplex hic admissum sit corruptio & perfidia; veretur, ut defendi possit; neque enim perfidus propriè est, qui fidem rei turpis non servat.

Idem in eo, qui accepit pecuniã, ne ferat testimonium.

§. XV. *Quid si testis accipiat pecuniam, ne testimonium ferat, utrum falsi pœna ei irroganda est?* Aff. per *d. l. 1. §. 2. ff. ad L. Cornel. de falsf. & l. 2. ff. de concuss.* quia veritatem tacens æquè de falso punitur, ac directò falsum deponens, nam veritatem tacere, est sapere falsitatem, *C. quisquis metu, 11. qv. 3. C. ne quisquis arbitretur, 22. qv. 2.* ideò rectè ejusmodi testis, non secus, ac si falsum dixisset, punitur, quia ejus taciturnitas mutat veritatem, *C. 1. X. de crim. falsi.* Petrus Theodoric. *d. Tract. cap. 8. aphor. 2. n. 18.* ubi in fine subnectit *n. seqq.* illum casum,

Alius casus.

si aliquis, qui moturus erat causam adversario suo, det alicui pecuniam, ut ei in eadem causa faveret, & postea, motâ causâ, produxit ipsum in testem, an exceptione corrupti testis repelli possit? Et negativam defendit, quia receptio pecuniæ multis respectibus fieri potest citra hoc, ut quis testificetur; quid enim si receperit, ut crederet se ipsum consulturum, alias non recepturus, si scivisset ipsum in testem productum iri, quia itaq; æquivocum hoc dat plura, non infert alterum ex his pluribus, nec præ-

sumtio-

ſumtionem pro eo inducit, *c. illud X. de præſumtion.* utiq; ſequitur, quod rejici plane nequeat.

§. XVI. *De datione poſt depoſitionem quæritur, an licita ſit?* De Judice negavimus, remuneratoriam donationem poſt latam ſententiam eidem offerri poſſe, ſupra *cap. II.* §. *17.* Dd. tamen qui Judici hoc permittunt, pari ratione nec teſti turpe eſſe dicunt, accipere pecuniam poſt depoſitionem. Theodoric. *cit. loc. n. 16.* Menoch. *A. J. quæſt. C. 210. n. 11.* ſed tutiùs negatur, cum facilè ſic teſtes ad falſi depoſitionem in favorem divitum ſpe præmii induci posſint, & licet votis & ſpe excidant, attamen animus eo ipſô jam eſt corruptus, dum in iis, quæ gratis fieri debent, ad evitandam omnem ſuſpicionem, præmium ſperat, & illicitè aucupatur. Et in eo res eſſet pesſimi exempli, quòd promisſiones clanculum factæ hac donatione remuneratoriâ palliari poſſent. Sicq; ſæpius pars producta decipi poſſet, ſi aliquando hoſce productos pro ſe reproducere vellet; ignara, remuneratione captum eſſe teſtem: Ipſe etiam producens hac ratione addiſcere poſſet atteſtata ante publicationem, hisque didicitis alios ſubornare pro qualitate cauſæ & circumſtantiarum. In datis itaq; fiſco locus relinqueretur, *l. 9. ff. de Jure fiſci.* Aliud verò eſt, in ſumtibus itineris, qui dantur teſti evocato, qui in alimenta ejuſdem, & propter operas, quibus carere tenetur, tàm antè quàm poſt depoſitionis actum erogantur *cap. ſtatutum. 11. verb. pro ferendo teſtimonio, de reſcript. in 6to. l. 11. Cod. de teſtib.* ne pro alicujus commodis ſuas inveniant difficultates, *l. 19. C. de teſtibus.* Alphonſ. Vilagut. *Pract. crim. lib. 8. tit. de teſtib. cap. 1. concluſ. 2.* Dn. Brunnem. *ad l. 11. C. de teſtib.* Sed hic opus erit Judicis diligentia, ut perſcrutetur ac judicet ex conditione perſonæ, ac pecuniæ data ſumma, an veriſimile ſit, illam loco mercedis laborum & expenſarum datam eſſe. Menoch. *dict. loc. num. 10.*

An licita ſit donatio poſt depoſitionem?

Negatur.

Excipiuntur ſumtus intineris.

§. XVII. Hæc verò corruptio teſtis probatur per alios teſtes, qui corruptioni vel ſubornationi inter fuerunt. Speculator. *lib. 2. p. 2. de probat.* §. *3. n. 25.* vid. ea, quæ de Judicis corruptione probanda adducta fuere *in cap. 2.* §. *18. & 21.* *An verò creda-*

Probatio.

An fieri possit per corruptũ? remissivè

credatur corrup'o contra corrumpentem, fusius examinat pro & contra Farinac. *de Indic. & tortur. lib. 1. tit. 5. qu. 45.* ad quem brevitatis studio hujus doctrinæ cupidum remittimus. Concludit verò & dicit *num. 34.* solam assertionem testis corrupti non facere indicium ad torturam, contra corrumpentem, junctam tamen cum aliqua alia præsumtione vel adminiculo facere sufficiens indicium ad torturam, hucq; refert jura, quæ de sociis criminum observari solent: adeoque in omni casu, in quo socius criminis non facit indicium ad torturam contra nominatum, nec etiam in eo faciet indicium testis corruptus contra corrumpentem, cum non possit dari ratio diversitatis inter unum & alium casum. Ideò, sicut socius criminis, qui, si sit aliunde infamis & criminosus, aut alios patiatur defectus, non facit indicium ad torturam, ita etiam & idem in teste, qvi corruptus asserit se falsum deposuisse, quod non faciat contra corruptum indicium, ubi alias faceret. Item, sicut indicium, quod oritur ex dicto socii criminis, tolli per probationem bonæ vitæ & famæ scripserunt plures Dd. ita & pariter testem corruptum, etiam in casu excepto, indicium non facere contra assertum corrumpentem. Conf. *artic. 31. Ordin. Crimin.* ibiq; Steph. & Mantz.

Effectus.

§. XVIII. Effectus corruptionis probatæ est in sententiæ nullitate, si testes corrupti falsa tulerunt testimonia, *l. 1. C. si ex falsô instrum. vel testimon. judicat. sit.* nec opus est in integrum restitutione, Peretz. *ad d. tit.* licet contraria sententia receptior sit, nisi sit lata contra absentem vel minorem. Brunnem. *ad l. 2. d. tit.* Non itaq; obstat res judicata, sed si conveniar, possum excipiendo crimen falsi opponere, vel si conveniam, & reus excipiat de re judicata, quæ pro eodem militat, replicando possum crimen falsi opponere, *l. ult. C. dict. tit. l. 75. de judic.* Cujus duplex ratio est, (1.) ne alter indebitè damnum sentiat, (2) ne alter ex malitia commodum sentiat. Dn. Brunnem. *ad l. 1. C. d. tit.* Si verò alii contestes assidui & locupletes adsint, aliud dicendum, valebitq; sententia, Peretz. *d. t. n. 2.* Brunnem. *ad l. 2. eod.* Judex enim potius veritatem quam falsitatem præsumitur secutus.

§. XIX.

§. XIX Sed quæritur: *An impugnans sententiam ex falsis testibus, teneatur probare utrumq́, nempe testes esse falsos, nec non corruptos?* Alii reqvirunt utrumque Bertazzol. *consil 505. num. 14. ibiq́ allegati*, sed Jul Clarus *in §. falsum. n. 13.* aliique à Dn. Brunnemanno *ad l. 2. si ex fals. instrum. vel testim. judicatum sit*, allegati, tenent contrarium, dicuntq; sufficere, si saltem probetur falsum, Conf. Gvazzin. *tract. de defens. reorum. defens. 34. num. 6.* Aliud verò dicendum erit, si quis se fundet in corruptione, tunc enim ad evincendam sententiæ nullitatem hæc non sufficiet, sed simul reqviritur falsitatis deductio, per *c. 9. X. de probat.* Speculator. *lib. 2. de Sentent. §. 9. num 7.* Hinc etiam alii distingvunt inter orationis nexum, an in una oratione utrumque dixerit ponens vel probans, scilicet quoad falsum dixerint corrupti, tunc oportet probare utrumque. Sed quando ponens hoc ponit in diversis orationibus, ut, quando dicit, dictos testes falsum dixisse: item, eos fuisse corruptos, tunc non videtur se ad utrumq; adstringere, sed sufficit unum probare, Joannes Corserius *Decis. 284. Capellæ Tholosanæ* *Qvæstio.*

§. XX. Et quia testis corruptus & falsidicus tres offendit personas, (1.) Deum, cujus præsentiam contemnit, (2) Judicem, quem mentiendo fallit, (3) Innocentem, quem falso testimonio lædit, per *c. 1. X. de crim. fals.* etiam dignus est, ut multipliciter puniatur, quapropter cuilibet Judici data est facultas illum ex officio suo puniendi. Speculator. *lib. 1. de testibus § 1. num. 44.* & quidem arbitrariè, pro natura criminis falsi, *l. 14 C. de Judic.* Marant. *Specul. aur. p. 6. tit. de product. test. num. 21.* Testis verò, qui pecuniam accepit, in dubio præsumitur dixisse falsum, utut non probetur, quod falsum dixerit: Farinac. *de test. quæst. 67. num. 237.* omniaq; ei imputantur, quæ ex illo testimonio seqvuntur. Richter. *in Append. Decis. ad cap. 1. X. de testibus, n. 7. p. 34.* *Effectus in pœnis.*

§. XXI. Eadem pœna falsi manet corrumpentem, per *l. 1. ff de L. Cornel. de fals* Richter. *ad cap. 1 de testibus n. 22.* & pro lucro habet, ut id, quod contra se profertur, fidem mereatur. Cluden. *ad tit. ff. & C. de condict. ob turp. caus. num. 19.* Theodor. *Effectio ratione corrumpentis.*

colleg. crimin. cap. 8. aphor. 2. num. 17. Farinac. *qv. 45. n. 6.* licet etiam aliàs contra testes, quibus usus sum, in alia causa excipere non possim, multoq; magis productos, in eadem causa reproductos tenear admittere, *l. 17. C. de testib.* attamen si pecunia corrupti fuerint testes, excipere possum, nec reproductio admittitur. *d. l. 17. ibiq;* Dn. Brunnem. Wissenb.

Remedium contra testium argentanginã juramentũ.

§. XXII. Ad præcavendam hac argentanginam paratissimum remedium solet esse juramentum testium; quod inter alia capitula & hoc continet, se nolle reticere veritatem propter dona, daß er die rechte / reine und unverfälschte Warheit aussagen und berichten / auch solches nicht unterlassen will / weder umb Gabe / Gunst / Freundschafft / oder Feindschafft / noch umb keiner Ursache willen / wie die Nahmen haben / und ihn von der Warheit abhalten möchten / &c. Uti verò hoc remedium commune est utriq; parti, dum juramentum hoc æquè ad articulos quàm interrogatoria dirigi solet, auff die Artickul und Fragstücke so ihm fürgehalten werden / sic specialius in hanc corruptionem inqviri solet per interrogatoria generalia, quæ testium personam respiciunt, & à producto in termino productionis & examinis exhibentur, scilicet: Ob Zeuge (1.) bey dieser Sachen Gewinn oder Verlust zugewarten / und warumb? Ob Ihm (2.) nicht etwas wegen dieses Zeugnüß / und daß Er vor Producenten zeugen solle / gegeben oder versprochen worden? (3.) Von wem? (4.) Was und wie viel es sey? *per l. 1. §. penult. ff. de testib. l. 4. l. 17 C. eod. cap. quoties. X. d. t.* Mascard. *in verbo testis, conclus. 1358. n. 1.* Circa hoc tamen ex consilio Rulandi ulterius indagabit Judex vel Commissarius, quo animo pretium acceperit? Licet enim Doctores, uti supra jam assertum est, indistinctè cum teneri velint, sive ut veritatem, sive ut falsum deponeret, *d. l. 3. §. pen.* Gl. & Br. *in l. 1. pr. verb. advocatum, de L. Cornel. de fals.* Lanfranc. *de testib. num. 79.* Jason. *in l. Divus, ff de re judic* aliqui tamen hoc non procedere autumant, si testi, alias nolenti deponere, pecuniæ aliquid datum est, maximè si testis ad deponendum vocatus, jurisdictioni ejus subjectus non sit. Ruland. *de*

Interrogatoria generalia.

commiss.

commissar. pag. 4. lib. 1. cap. 7. n. 9. sed cum ille per subsidium juris examinari & cogi possit, gratisq; teneatur hoc officium præstare, limitatio hæc juri conveniens non videtur, nisi acceperit ut evocatus propter sumtus, de quo supra actum fuit. *c. 2. §. 11.*

CAPUT ULTIMUM.
DE

Argentangina Advocatorum aliorumve.

§. I.

Ratio connexionis.

PErsonæ judicium minus principaliter constituentes sunt Advocati, Procuratores, Executores, de quibus, ex promisso *cap. 1. §. ult.* etiam hoc capite ultimo jam agemus. Et quidem quod advocatos attinet, eorundem officium laudabile, vitæque hominum necessarium, *vid. l. 14. C. de Advocat. diverf. Judicior.* maximè principalibus præmiis oportet remunerari, *l. 4. C. de advocat. diverf. judic.* & cum sapientia civilis pretio nummario æstimari non debeat, illud, quod Advocatis loco salarii, pro modo litis, proque Advocati facundia & fori consvetudine & judicii, in qvo agit, solvitur, honoratiori exprimitur vocabulo, & in specie vocatur honorarium, estque peculium quasi castrense, *l. 4. & 14. C. de advocat. diverf. judicior.* habetque omnia privilegia peculii castrensis, Dn. Brunnem. *ad dict. loc. 4.* & datur eo nomine actio extraordinaria, *l. 1. §. 10. & 12. ff. de extraord. cognit.* Mevius *p. 3. decis. 332. n. 7* & refertur patrocinium Advocati ad facta non locari solita; Bachov. *ad Treutl. vol. 1. disput. 29. th. 29.* Frantzk. *ad tit. locati n. 57. & seqq.*

Advocatorum Honorarium.

Actione quâ petatur.

§. II. Sed eheu! quantùm mutata fuit hæc jurisprudentiæ nostræ facies! ex quo mores maleferiatorum Advocatorum corrupti hæc jura mutarunt, & etiam multi more mercenariorum hodie conducuntur, prout graviter conqueritur

Durus

Advocatorum multorum communis malitia taxatur.

Durus de Pascolo, qui est Everhardus à Weihe *in Aulico Polit. th.* 338. linguamque habent venalem, ita, ut gravissimi Annalium scriptoris Taciti qverela de plurimis hujus ævi advocatis usurpari queat, quod *nihil quicquam publicæ mercis tam venale sit, quàm Advocatorum perfidia, lib. 11. Annal in princ.* cui coercendæ lex Cincia revocanda esset, quam muneralem Plautus aptè dixit, quâ cavebatur antiqvitus, ne qúis ob causam orandam pecuniam munusvè acciperet, vid. Lipsius *ad d. loc. Tacit. num.* 22. Hi sunt, qui præmiorum spe, nummique cupidine capti, vitam, imo immortalitatem litibus conciliant, quæ capitalis justitiæ est pestis. *Æterna*, inquit Forstnerus *ad Tacit. Annal.* 2. *ad verba:* inter quæ L. Piso ambitum fori, corrupta judicia &c. *hodie sunt jurgia: ut si cum sumptibus sit conferenda molestiarum ratio, gravius putes sic vincere, quàm confestim damnari. Nam & modum & numerum prægressæ sunt artes ac nomina, quibus miserrimos clientes patroni & Judices frustrantur. Articulatim & lentè hos discerpunt, qui semel perire potuerant. Sæpè itur ad Judices, causa narratur, aliquot anni abeunt, nec dum contestatio litis facta est. Judicibus hic non vacat, hic omisso litigioso negotiô hærent patroni in causis minoribus, quæ nunc spontè, nunc eorum studio nascuntur è prima. Hæc præludia adornant, his proclamant inauditis, iter ad verum Judicibus esse non posse. Sic dubia ex dubiis seruntur, sic immani dilatione pereunt litigantes, magna in insontes inopesq́; injuriâ. Nam, qui in divitem inimicum pauper inciderit, tàm longo & sumtuoso itinere conficitur; procumbitq́; deniq; lassus: nec recuperato jure inultus, æmulo minus suo, quàm huic prolixæ æquitati irascitur. Ne quære, cur tamdiu Judicibus placeat, & patronis, ad se delatos cruciari. Nempe ex mora & tempore sua opera æstimatur. Sic patronis, inquam, crescit, sic Judicibus merces. Multa scripsisse, multa audivisse, quanquam ea præstabat compendiô fieri, acerrimè vendunt; eò pejores, quod, quæ peccant, ipsi justitiæ imputant. Præterea consvetudine videndi miseros, & deinde faciendi, exuunt humanitatis sensum: aut potius, miserum esse, non credunt, litigare. Ita duri ad*

Forstneri judicium adducitur.

questus

queſtus parùm ſupplicibus moventur, & ab iis tantùm culti ſaltem amant longiora in ipſos exercere imperia.

Argentangina Advocator. demonſtratur.

§. III. In mercenario itaque hoc ſtudio, prout æſtimatur contra indolem nativam ab hiſce vulturibus togatis, & juſtitiæ mangonibus, peccatur, (1.) quando ultra quantitatem jure determinatum à clientibus miſeris quid exigunt, eosdemque pro arbitrio ſuo divexant, excoriantque. Hoc ne fiat, in benè conſtitutis Judiciis quantitas honorarii determinata eſſe ſolet, ultra hanc verò quid exigere non licet, quamvis ſpontè oblatum honeſtè accipi posſit, *l. 1. §. 5. de extraord. cognit.* (2.) Augetur hæc malitia, ſi lites eo nomine protrahant, quo tanto diutius clientes torquere & pecuniâ emungere posſint; ſic obſervare licet, hac fini ſæpius cauſam in diverſis expediri terminis, quæ unâ vice decidi potuiſſet, ſæpiusque Judicem ſimilis farinæ, ſportularum ob commodum, amicas cum Advocatia jungere manus. Et ad farinam ſolet eſſe modus deducendi cauſas in ſcriptis vel productis, quo utriusque commodum, tùm Judicis, tùm Advocatorum, evidentisſimè augetur.

(1.) Ex honorarii quantitate.

(2.) Cauſarum protractione, & productorum extenſione.

Ex allegatorũ plauſtris.

Horum malitia apparet ex farragine allegatorum, quæ ſæpius in generalitate Brocardicorum conſiſtunt, & ſpreta vel ignorata omni juris certisſimi autoritate, ex repertoriis, locis communibus, & aliis imprudenter deſumuntur. Lather. *de cenſu lib. 2. cap. 7. n. 59.* Ventura de Valentiis *in Parthen. litigioſo lib. 2. cap. 7. n. 23.* ſicque ex quaternionum quantitate, non laboris qualitate æſtimant ſcripta; & ſuum augent lucrum & judicii Actuariorum, vel Notariorum in dandis copiis vel exemplis, in quibus raræ apparent lineolæ, eæque dilatatæ. Hoc modo turgent loculi ex locis communibus, quorum copia inopiam ſublevat illorum, qui his amisſis vix titulos in corpore juris, nedum materiarum ſedes ſpecialiores ſine indice invenire poſſent; eosque, hiſce ablatis, cum Labano ob lares ſuos, (*Geneſ. cap. 31.*) anxios videremus.

Judicii Actuariorũ commodũ ex hiſce omnibus.

Judicium de Brocardicis.

Verè prudentes & tanto nomine digni Advocati aliter hìc ſentiunt, & cum Cujacio faciunt, qui cum conſultationes ſcriberet, *præcipuè ſe caviſſe*, ait, *ne ſorderent illæ dictis illis vul-*

garibus, vel, ut loqvuntur, brocardicis. Nam *in actu practico,* ex sententia Wesenbecii *consil. 19. n. 63. laborandum est, ut inveniamus decisionem in terminis, cum talem invenire, doctissimi sit Doctoris, pauperis verò, regulas generales adducere.* Interim delectentur pueri fabis, & numero rationum se ostentent, qui solidi nihil promere possunt: ut verba celeberrimi Dn. Mauritii *in aurea & πρακτικωτάτη præfatione, consiliis Chiloniensibus præmissa, circa fin.* nostra faciamus.

Costitut: Elect. Br. cõtra hæc mala laudatur.

§ IV. His malis medelam convenientissimam invenimus in constitutionibus publicis, mala hæc severè inhibentibus, quo nomine imprimis commendanda venit Ordinatio Judicialis Regiminis NeoMarchici laudatissima, de An. 1646. *cap. 39.* Unser Cantzler und Räthe sollen die Advocaten und Procuratoren/ welche in unserm Cammer-Gerichte dienen wollen/ auff die Ordnung/ und diese unsere Erklähr- und Verbesserung von neuen schweren lassen/ auch ein fleißiges und ernstes Auffsehen haben/ daß sie derselben gehorsamlich nachleben/ und wider die/ welche derselben nicht nachkommen/ und ihrer Gewohnheit nach die Parte und Sachen auffziehen/ oder die Parte in der gütlichen Handelunge oder Mißverstande des Rechtens in unnötige Weitläufftigkeit verleiten und umbführen wollen/ mit abforderung des Juramenti malitiæ, und wan sie sich daran gleich nicht kehren wollen/ mit Verbot des Practicirens und andern ernsten Straffen/ unnachläßig verfahren. Nachdem sich auch unsere Unterthanen höchlich beschwehreten/ daß sie durch die Procurares und Advocaten in unsern Cammer-Gerichte/ und derselben Schreiber/ desgleichen durch die Notarien treflich übersetzet würden; Als haben wir denselbigen zu remediren eine solche Verordnung gethan/ das einem Procuratori, der einem Part in einem Vorbescheide und gerichtlicher Audientz von unsern Räthen auffwartet/ da die Sachen nicht gar von grosser Weitläufftigkeit/ und die Audientz in einem halben Tage expediret werden kan/ vor seine Bemühung und Auffwartung von seinem Parte und Clienten 1. Rthlr. und den Notarien vor abhörung eines Zeu-

gens

gens nicht mehr denn 6. gr. ihren Schreiber vor einem Bogen/ darauff auff ieder Seiten zum wenigsten 20. Zeilen geschrieben / 6. pf. gegeben werden solle/darüber sie die Parthenen nicht weiter beschwehren sollen; In verfertigung aber der rechtlichen producten werden sich die Parten mit ihren Advocaten und Procuratoren nach gelegenheit / und grösse ihrer in der Sache angewanten Mühe / Arbeit / und Fleisses/ selbst wissen zu vertragen/ indem wir doch/wofern sich jemandes beklaget/ daß er wider Billigkeit übersetzet/auch gebührlich einsehen wollen thun lassen. Dieweil auch ungelehrte leichtfertige Procuratores manchen armen Mann verführen und ihm den Beutel ausleerrn/ sollen unsere Cammer Gerichts Räthe / Landvögte / Verwesere und Hauptleute / desgleichen die Gerichtsverwaltende in unsern Städten keinem nachgeben vor Gerichte zu reden / oder Sachen zu führen / er habe denn in Rechten studiret und des von seinen Præceptoren Zeugnis bringet. &c.

§. V. Et quæ sic constituta sunt, summam continent æquitatem, nam si hæc non observentur, perit judicii honor, charitas proximi circa justitiam in judicio servanda, violatur. Etsi itaque pars nullam querelam super iniquitate movet, tamen Judex ex officio inquirere debet, dum ita fieri, ad autoritatem judicii atque utilitatem publicam pertinet. Ea verò pœna justa est, ut præter refusionem iniquè accepti parti faciendam, tantundem pro mulcta judicio solvatur. Quod si excessus gravior est, duriori supplicio locus erit: arbitrio enim Judicis relinqvitur ea pœna, qui non aberrabit, ubi vel concussionis vel extorsionis pœnam irrogabit, cujus species est exactio iniqua Advocati; Mev. *p. 8. decis. 130.* ubi in notatis pluribus exagerat gravitatem hujus delicti; Confer. *decis. seqv. 131.* ubi decidit, quando idem Advocati & Procuratoris munus obit, quomodo salarium vel studium ejus taxandum sit; breviterq; pro hoc notandum est, quæ pro meritis causæ, consilio, vel elaboratione impenditur opera; Patroni causæ seu Advocati est; quæ Processui judiciario servit, Procuratoris.

Judex ex officio suo inquirere debet.

pœna justa quænam.

De duplici salario unius personæ remissivè.

§. VI. Sed *numme iniquitas hæc corrigi & castigari potest* *à Ju-*

Quæstio de pacto partium. *à Judice, si pacto pars sese adstrinxerit speciali, quantitasque ad Legis modum determinata sit?* Videtur dicendum quod non, pacta enim dant legem contractui, *l. 23. ff. de R. Jur.* volentique non fit injuria, maximè si legis publicæ determinationem paciscentes non excesserint, *l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognit:* sed lege permittente paciscentur, *l. 116 §. 1. de R. Jur.* neque sic dolo videtur facere Advocatus, qui jure suo ex pacto quæsito utitur, *l. 55. ff. eod.* Verùm rectius affirmatur, pactum enim inter Advocatum & Clientem de immodico honorario non valet, *d. l. 1. §. 10.* etsi juratum sit, Ummius *in Proc. disput. 1. concl. 10. n. 45.* nec excusari poterit, cum ipsum turpe sit, & pœnam mereatur. Deinde, licet pro qvantitate legitima salarii Advocatorum constituta sit certa summa centum aureorum in *d. l. 1. §. 12.* non tamen eam mentem lex habet, ut indiscriminatim eam stipulari & accipere liceat, sed ut non transgredi liberum sit, ultimum licentiæ accipiendi definitur, non usque ad illud accipiendi promissive facultas asseritur. Nec convenit hoc adhortationi legum, Advocatis æquitatem in exigendo salario injungentium. Veram regulam Jurisprudentia statuit in modo laborum & consvetudine judicii, *d. l. 1. §. 10.* Nec posset quicquam iniquis, quàm inæquale studium æquali semper salariô pensatum velle, tantumque capere posse, cum brevis levisque labor fuit, ac justè capiat, qui longo tempore in arduis desudavit, Mev. *p. 8. Dec. 135.* Et promissionem majoris salarii sæpius extorquet multorum Advocatorum pertinax morositas, imprimis eorum, qvorum fama est hilarior, uti loqvuntur Impp. *in l. 7. C. de postul* qui ædibus egredi nolunt, nec causam orare, nisi illud, quod exegerint, fuerit solutum, vel promissum; imprimis, quando urgentem causæ gravitatem & necessitatem observant. Et sæpius tanta est nonnullorum audacia, ut transitum ad partis adversæ castra minentur, si dare Cliens recuset.

Patrocinii difficilis præstatio Advocato prodest.

Num Advocatus transire possit ad

§. VII. Sed quæritur, *numne Advocatus licitè sine prævaricationis crimine patrocinium præstare possit parti adversæ, cognitis partis alterius secretis & causæ meritis?* Quod deserere possit & debeat causam semel susceptam, si injustam eam deprehende-

henderit, indubitati juris eſt, *l. 14. §. 1. C. de judic.* etiamſi juramento promiſerit, ſe ad finem litis usque operam præſtiturum *arg. c. 66 de R. J. in 6to. c. 28. X. de jurejur* Struv. *Exerc. 7. th. 5.* Vivius *Decif. 173. n. 10.* Licèt aliàs non debeat cauſas & patrocinium in medio litis deſerere, dum clientes de tempore in tempus illi de ſtipendio ſatisfaciant. Ludovic. Poſt. *de Manutenend. Obſerv. 81. n. 31.* nec ſtatim excuſat à neceſſitate Officii allegatio malæ vel dubiæ cauſæ. Mevius *p. 3. Decif. 200.* Sed ſi cauſa juſta eſſet, vel legitimis remediis & exceptionibus deduci vel defendi in judicio poſſet, dedecorum quidem & in Judiciis non tolerandum erit, ſi deſerere velit cauſam ſuſceptam, maximè ſi id lucri majoris amore & cupidine fiat, malitiis enim indulgendum non eſt, *l. 38. ff. de R. V.* & ſuſpicione criminis minimum laborabit. Brunnem. *ad l. 1. C. de advoc. diverſ. Jud.* non tamen, ut *ad quæſt.* propoſitam reſpondeamus, eo ipſo reus ſit Criminis prævaricationis, quod committitur, quando quis utrinque ſimul in eadem cauſâ patrocinium præſtat, & quidem ita, ut alterius cauſam prodat, *l. 1. pr. ff. de prævaric.* adeoque aliud eſt, an honeſtè fiat, & aliud, an propterea pœna prævaricationis locum inveniat? utrumque negamus, & tantò magis impunè debet ferre eô in caſu Advocatus, ſi ab ipſâ parte eſſet dimiſſus, uti enim liberum fuit clienti dimiſſo hôc alium eligere Advocadum, ita non poteſt eſſe dimiſſo illicitum, alteri parti ſtudium ſuum impertiri, dummodo nihil indignum iſto officio faciat, quod erit, ſi in quo alii anteà patrocinatus eſt, in eo deinde arguat & improbet, prodatq; cauſæ ſecreta. Mev. *p. 9. D. 173.* Breviter quæſtionem allatam expediemus diſtinctione, ſcil. diſtingvendum, an Controverſia in judicio ventilanda in jure conſiſtat, an in facto; Illo caſu cum cauſæ ſecretæ propalatio fiat nulla, nec fraus fiat Clienti, nullum videtur Advocatus crimen contrahere. Altero caſu qui id fecit, & cognitis inſtrumentis atque cauſæ ſecretis, reus eſt non tam prævaricationis, quàm *L. Corn. de falſ.* illo capite, quô cavetur, ut pœna falſi coerceatur, qui inſtrumenta alicujus penes ſe depoſita adverſario prodidit, *l. 1. §. 15. ff. ad L. Corn. de falſ.* Matth. *h. tit. de prævar. c. 1. n. 5.* & ex eo Hahn. *eod. tit.* Alciat. *in l. 212. de V. S.*

partem adverſam.

An & quãdo id licitum?

Diſt.

 §. 8. Pœna

Pœna prævaricationis. §. VIII. Pœna aliàs prævaricationis est extraordinaria, *l. 2. ff. de prævar.* Matth. *d. l.* & præter infamiam *l. 4 §. 4. ff. de his qui not. infam* incarceratio, relegatio &c dictari solet Struv *Dissert. Crimin. 10. th. ult.* Menoch. *arbitr. Jud. qv. cas. 323.* Jure Carolino *artic. 115.* Procurator ad litem datus, qui dolo malo proditâ causa sui Clientis diversam partem adjuvat, sive causa Civilis sit, sive criminalis, tenetur resarcire damnum & relegatur cum fustigatione; Der sol zu forders seinen Theil nach allem vermögen seinen Schaden/ so er solcher Sachen halben empfäht / wieder legen / und darzu an den Pranger oder Halß-Eysen gestellet / und mit Ruthen ausgehauen / des Landes verbothen / oder sonst nach Gelegenheit der Mißhandlung in andre Wege gestrafft werden. Hocque obtinet sine distinctione utrum in civili, an criminali Judicio sit prævaricatus *d. art. pr.* Ad Advocatos tamen hæc pœna non est extendenda, cum lex pœnalis de Procuratoribus tantum disponat Hahn. *ad tit. de prævaricat. n. 3.* Stephan. *ad d. art. Const. Crim.* Sententiam vero ob prævaricationem latam ipso jure Dd dicunt esse nullam. B. Brunn. *ad l. 1. C. de Advoc. divers. Judicior.* si pretio scil. prævaricatus est Advocatus, aliàs ope Restitutionis retractanda est sententia Theod. *in Jud. Crim. c. 3. aph. 14. n. fin.*

Sententia est nulla.

§. IX. Ad modos deniq; illicitos augendi Advocatorum loculos referendum etiam venit pactum de qvotâ Litis, quô nihil fere usitatius esse solet inter perfrictæ frontis Advocatos; estq; illud, quando Advocati in casum victoriæ certam vel quotam partem litis summæ aut rei in judicium deductæ paciscuntur, quod Jure reprobatum est *l. 6. § 2. C. de Postul.* ob suspicionem concussionis, & quod sit quasi venditio litis, quâ advocatus propriam vel saltem communem causam videtur fovere *l. 8. C. de Procurat.* & quòd suppeditet occasionem calumniæ *l. 3. ff. mandat.* Hahn. *ad tit. de pact. p. 6 p. 195. edit. nov.* & est contra paciscentes Advocatos pœna remotionis constituta *l. 5. C. de Postul. ibiq; Dd.* Videatur de hoc pacto diversisq; paciscendi causis Dn. Brunn. *de Cession. Act. c. 2. n. 44. & seqq.* Nathen. *in Justit. vulner. p. 2. tit. 3. c. 7.* conf. Dn. Lauterbach. *in Disput. de Palmario Advoc.*

Pactum de quotâ litis prohibitū.

§. X. Et

§. X. Et uti hoc pactum eventum victoriæ continet; ita & alias hujus occasione argentum corradere solent Advocati, & inani spe victoriæ fallere suos Clientes, qua fini sæpiùs mentientes Judicum gratiam & benevolentiam in horum injuriam fingunt, daß sie mit dem Richter wol stehen. Dn. Ziegler *de off. Jud. Concl.* 20. §. 26. Sed Bestiales merito vocari possunt Advocati promittentes Victoriam Clientulo, cum cavere debeant tanquam ab igne hujusmodi promissionem facere stante incerto dubioque litis eventu *l. 51. ff. de pecul.* Vivius *lib. 1. Dec. 123. n. 5.* Dum itaque fumum vendunt & emungunt Clientes pecuniis, ut fumi Venditores puniantur *l. 15. §. 30. ff. de Injur. ibiq.* Godofred. *L. 10. C. de Accusat.* Menoch *arbitr. Jud. qu. cas.* 344.

Promissio Victoriæ illicita.

Fumi Venditores tales Advocati.

§. XI. Procuratorum malitia pari modo notatur, & uti jam *in* §. 8. deductum, gravissimè punitur; Sique Instrumenta litis adversario Domini sui prodiderint, relegandi sunt *l. 38. § 8 ff. de pœn.* etsi saltem per indicia collusionis se suspectos reddiderint, rectè removentur & mandatum revocatur. Brunnem. *ad L. 19. ff. de Procurat.* Si vero per collusionem Procuratoris non solvendo existentis adversarius absolutus est, dominus contra hunc de dolo agere potest *l. 8. §. 1. ff. Mandat.* Etsi pecunia accepta se vinci passus sit, & Dominus actione Judicati conveniatur, exceptione doli mali eundem repellet *l. 9 ff. de Dol. mal. & met except. l. 1. C. de Advoc. divers. Judicior.* actor tamen pecuniam à se datam non reperit, ob turpitudinem utriusque; ipse tamen Procurator non retinebit eam, sed illam Fisco restituere tenetur. Idem *ad l. 46. §. 4. ff. de Procurat.*

Procuratorum Argentangina.

§. XII. Nunciorum, Apparitorum, litis Executorum argentangina non minus frequentatur, sæpiusq; officium suum negligunt, vel durius exercent pecuniæ & munerum amore. Sed hisce frenum injici solet per constitutiones publicas; quamvis harum suæq; fidei juratæ sæpius parum sint memores. Vid. Joh. Georg. El. Br. beatiss. m. Landreuter-Ordn. *de an.* 1547. conf. §. 24, *Inst. de act. ibiq. Dd.* Sed ut hi ipsi finem litibus imponere solent; sic & nos cum hisce finimus operas nostras.

DEO SIT LAUS ET GLORIA.

præsuppositâ hac autoritate Magistratus, hodie in his criminibus licitè citra pœnam transactio fieri potest. Carpz. *prax crimin. p.3. qv. 148. n.17.* Pari impunitatis & salvæ existimationis effectu Dd. dicunt esse *dationem pro redimenda vexa*, aut declinandis litis sumtibus atque molestiis, ubi reus non fatetur, sed tantùm judicium evadere nititur. *§. fin. Instit. de perpet. & temporal. act.* Nec magis huic aliquid imputari potest, quàm ei, qui actione famosâ conventus ante condemnationem æstimationem injuriæ solvit. In quo JCti licitam & salutarem cautelam ponunt, injuriarum condemnationem, ut & infamiam evitandi, *l. si reus, 73. & ibi* Bart. *n. 4. ff. de procurat.* Gail. *lib. 2. obs. 103. n. 3.* Diss. Brunnem. *ad l. 5. ff. de his qui notant. infam. n. 4.* Si itaque injuriæ æstimationem solvendô potest infamia evitari, quid ni transactione, quæ minus confessionis habet? Mev. *cit. loc. n. 10.* ἐν παρόδῳ notari potest redemtio vexationis, in spiritualibus beneficiis, quam Canonistæ examinant & certo modo sine vitio simoniæ admittunt, disquirentes: an licitum sit, pecuniâ redimere vexationem ab adversario, qui idem beneficium petit? vel electori offerre pecuniam, si vult eligere indignum, nisi pecuniam à digniore accipiat? item, an licitum sit dare pecuniam alicui, ut metum incutiat competitori, ad hoc, ut desistat à concursu circa electionem ad beneficium? &c. Vid. de hisce quæst. affirm. & neg. Nicol. Rodri. Fermosinus *Tractat. 1. Crimin. ad tit. d. Simonia. cap. 23. & 27. pag. 259. seqq.*

Datio pro redimendâ vexâ.

Cautela pro injuriante.

Redemtio vexationis in beneficiis remissive.

§. XIII. Sequitur jam testium Argentangina, quæ litigantium malitiâ generatur, testium improbitate fovetur; sed utrumq; non impunè fit. Illi decipulas adversario positas hoc morbo seu crimine tegunt, hi verô avari-

Transitio ad testium argentanginam.

avaritiam suam turpiter eodem produnt; jura damnant utrumque. Et sæpius litigantes, qvibus non jus deficit, sed probatio, *l. 30. ff. de testam. tutel.* ad argentanginam confugiunt, tanquam ad subsidiarium remedium, testesque pretio & præmio conducunt, conductos ad depositionem inducunt, inductosque perjurium docent. Hiq; in *l. 21. ff. de L. Corn. de Falsf.* dicuntur *instruere litem advocatione*, non enim in illâ L. ii intelligendi, qui Advocatos quoquo modo instruxerunt, sed qui advocationem struxerunt pecunia acceptâ in fraudem innocentis. Nec tam intelligendi Patroni, qui causas orant, quàm testes, qui quia præsentiam vocanti commodabant, & ipsi advocati dicti sunt. Exempli loco illud ex Plauti *Pœnulo* adduci potest, ubi Agorastocles adolescens advocatos, i. e testes struit, qui lenonem Lycum in fraudem inducant, testimonioque suo receptati alieni servi convincant. Matthæus *de Crimin. tit. de falsf. c. 1. n. 14.*

Quid sit instruere litem advocatione

§ XIV. Fit verò illa corruptio, vel ut verum reticeatur, vel ut falsum dicant, vel etiam veritatem asserant. Omnes hi fines illiciti sunt, nam de prioribus nullum est dubium, & posterior æquè damnosus, ac in Judice munerum acceptio, ut justè in bona causa judicet, de quo supra actum fuit, *cap. 2. §. 11.* Nam hic quoque testis non virtutis studio veritatem asserit, sed pecuniæ amore, *arg. l. 4. §. si tibi. ff. de condict. ob turp. caus. l 3. §. 5. de testib.* adeoque æqvum est, ut eodem modô extraordinariè puniatur *artic. 64. Ordinat. crimin. ibi.* Belohnte Zeugen sind auch verworffen / und nicht zuläßig / sondern peinlich zu straffen; incidit verò testis ille, qui pecuniam accipit, ut veritatem dicat, in pœnam falsi, hocque probatur ex generalitate textus, *l. 1. §. 1. & 2. ff. ad L. Cornel. de Falsf.* Et licet quis dixerit, testem pro veritate dicenda argentum accipientem nemini nocere, quod alias in constituendo falsi crimine à Dd. communiter requiritur, Natta *Lib. 3. Consil. 588.* Farinac. *Prax. Crimin. part. 6. quæst. 150. num. 291.* Bossius *in tit. de Falsf. n. 90. in fin.* Damhoud. *in pract. rer. criminal. cap. 122. n. 10.* Schneidewin. *in §. 7. Institut. de publ. judic.* Gail. *lib. 1. Observ. 100. num. 7.* attamen negari nequit eum delinquere contra juramentum præstitum, quo promisit,

Testis, qui accipit pecuniam ob veritatem dicendam, an sit puniendus? Affirmat.

misit, daß er die Warheit sagen/und solches weder umb Geld noch Gabe thun oder lassen wolle. Mitius tamen puniendus erit, entweder mit Gefängniß/ oder mit zeitlicher Landesverweisung/quàm ille, qui pecuniam accipit, ut veritatem reticeat, vel falsum dicat, uti hanc sententiam præjudicio adducto probat Carpzov. *Pr. Crim. P. 2. qv. 93. n. 49. 50. 51.* Struv. *Exerc. 49. th. 71.* Treutl. *vol. 1. disp. 22. th. 3. lit. F.* ibique Bachov. *verb. Idem verum est in teste.* Theodoric. *in judic. crimin. pract. cap. 8. n. 15. & seqq.* Matth. *de Crimin. ad tit. de falsf. cap. 1. num. 13.* qui eandem pœnam L. Corneliæ & tunc obtinere vult, si quis corruptus testimonii ergo fuerit, nec tamen producentem, sed adversarium ejus testimonio juverit. Omnino enim Legislatori hic propositus scopus videtur in *d. l. 1. §. 1. ff. ad L. Cornel. de Falsf.* ne testes ullo modo pecuniam accipere possint, alioquin, spe præmii propositâ, non defuturos, qui falsum dicere velint. Atque hæc ratio ipsi sufficit: quam enim alii adjiciunt; quod duplex hic admissum sit corruptio & perfidia; veretur, ut defendi possit; neque enim perfidus propriè est, qui fidem rei turpis non servat.

Idem in eo, qui accepit pecuniã, ne ferat testimonium.

§. XV. *Quid si testis accipiat pecuniam, ne testimonium ferat, utrum falsi pœna ei irroganda est?* Aff. *per d. l. 1. §. 2. ff. ad L. Cornel. de falsf. & l. 2. ff. de concuss.* quia veritatem tacens æquè de falso punitur, ac directò falsum deponens, nam veritatem tacere, est sapere falsitatem, *C. quisquis metu, 11. qv. 3. C. ne quisquis arbitretur, 22. qv. 2.* ideò rectè ejusmodi testis, non secus, ac si falsum dixisset, punitur, quia ejus taciturnitas mutat veritatem, *C. 1. X. de crim. falsi.* Petrus Theodoric. *d. Tract. cap. 8. aphor. 2. n. 18.* ubi in fine subnectit *n. seqq.* illum casum,

Alius casus.

si aliquis, qui moturus erat causam adversario suo, det alicui pecuniam, ut ei in eadem causa faveret, & postea, motâ causâ, produxit ipsum in testem, an exceptione corrupti testis repelli possit? Et negativam defendit, quia receptio pecuniæ multis respectibus fieri potest citra hoc, ut quis testificetur; quid enim si receperit, ut crederet se ipsum consulturum, alias non recepturus, si scivisset ipsum in testem productum iri, quia itaq; æquivocum hoc dat plura, non infert alterum ex his pluribus, nec præ-

sumtio-

sumtionem pro eo inducit, *c. illud X. de præsumtion.* utiq; sequitur, quod rejici plane nequeat.

§. XVI. *De datione post depositionem quæritur, an licita sit?* De Judice negavimus, remuneratoriam donationem post latam sententiam eidem offerri posse, supra *cap. II.* §. 17. Dd. tamen qui Judici hoc permittunt, pari ratione nec testi turpe esse dicunt, accipere pecuniam post depositionem. Theodoric. *cit. loc. n. 16.* Menoch. *A. J. quæst. C. 210. n. 11.* sed tutiùs negatur, cum facilè sic testes ad falsi depositionem in favorem divitum spe præmii induci possint, & licet votis & spe excidant, attamen animus eo ipsô jam est corruptus, dum in iis, quæ gratis fieri debent, ad evitandam omnem suspicionem, præmium sperat, & illicitè aucupatur. Et in eo res esset pessimi exempli, quòd promissiones clanculum factæ hac donatione remuneratoria palliari possent. Sicq; sæpius pars producta decipi posset, si aliquando hosce productos pro se reproducere vellet; ignara, remuneratione captum esse testem: Ipse etiam producens hac ratione addiscere posset attestata ante publicationem, hisque didicitis alios subornare pro qualitate causæ & circumstantiarum. In datis itaq; fisco locus relinqueretur, *l. 9. ff. de Jure fisci.* Aliud verò est, in sumtibus itineris, qui dantur testi evocato, qui in alimenta ejusdem, & propter operas, quibus carere tenetur, tàm antè quàm post depositionis actum erogantur *cap. statutum. 11. verb. pro ferendo testimonio, de rescript. in 6to. l. 11. Cod. de testib.* ne pro alicujus commodis suas inveniant difficultates, *l. 19. C. de testibus.* Alphons. Vilagut. *Pract. crim. lib. 8. tit. de testib. cap. 1. conclus. 2.* Dn. Brunnem. *ad l. 11. C. de testib.* Sed hic opus erit Judicis diligentia, ut perscrutetur ac judicet ex conditione personæ, ac pecuniæ data summa, an verisimile sit, illam loco mercedis laborum & expensarum datam esse. Menoch. *dict. loc. num. 10.*

An licita sit donatio post depositionem?

Negatur.

Excipiuntur sumtus intineris.

§. XVII. Hæc verò corruptio testis probatur per alios testes, qui corruptioni vel subornationi inter fuerunt. Speculator. *lib. 2. p. 2. de probat.* §. *3. n. 25.* vid. ea, quæ de Judicis corruptione probanda adducta fuere *in cap. 2.* §. *18. & 21.* *An verò*

Probatio.

An fieri possit per corruptū? Con remissivè

credatur corrup'o contra corrumpentem, fusius examinat pro & contra Farinac. *de Indic. & tortur. lib. 1. tit. 5. qu. 45.* ad quem brevitatis studio hujus doctrinæ cupidum remittimus. Concludit verò & dicit *num. 34.* solam assertionem testis corrupti non facere indicium ad torturam, contra corrumpentem, junctam tamen cum aliqua alia præsumtione vel adminiculo facere sufficiens indicium ad torturam, hucq; refert jura, quæ de sociis criminum observari solent: adeoque in omni casu, in quo socius criminis non facit indicium ad torturam contra nominatum, nec etiam in eo faciet indicium testis corruptus contra corrumpentem, cum non possit dari ratio diversitatis inter unum & alium casum. Ideò, sicut socius criminis, qui, si sit aliunde infamis & criminosus, aut alios patiatur defectus, non facit indicium ad torturam, ita etiam & idem in teste, qvi corruptus asserit se falsum deposuisse, quod non faciat contra corruptum indicium, ubi alias faceret. Item, sicut indicium, quod oritur ex dicto socii criminis, tolli per probationem bonæ vitæ & famæ scripserunt plures Dd. ita & pariter testem corruptum, etiam in casu excepto, indicium non facere contra assertum corrumpentem. Conf. *artic. 31. Ordin. Crimin.* ibiq; Steph. & Mantz.

Effectus.

§. XVIII. Effectus corruptionis probatæ est in sententiæ nullitate, si testes corrupti falsa tulerunt testimonia, *l. 1. C. si ex falso instrum. vel testimon. judicat. sit.* nec opus est in integrum restitutione, Peretz. *ad d. tit.* licet contraria sententia receptior sit, nisi sit lata contra absentem vel minorem. Brunnem. *ad l. 2. d. tit.* Non itaq; obstat res judicata, sed si conveniar, possum excipiendo crimen falsi opponere, vel si conveniam, & reus excipiat de re judicata, quæ pro eodem militat, replicando possum crimen falsi opponere, *l. ult. C. dict. tit. l. 75. de judic.* Cujus duplex ratio est, (1.) ne alter indebitè damnum sentiat, (2) ne alter ex malitia commodum sentiat. Dn. Brunnem. *ad l. 1. C. d. tit.* Si verò alii contestes assidui & locupletes adsint aliud dicendum, valebitq; sententia, Peretz. *d. t. n. 2.* Brunnem. *ad l. 2. eod.* Judex enim potius veritatem quam falsitatem præsumitur secutus.

§. XIX.

§. XIX. Sed quæritur: *An impugnans sententiam ex falsis testibus, teneatur probare utrumq;, nempe testes esse falsos, nec non corruptos?* Alii reqvirunt utrumque Bertazzol. *consil 507. num. 14. ibiq; allegati*, sed Jul Clarus *in §. falsum. n. 13.* aliique à Dn. Brunnemanno *ad l. 2. si ex fals. instrum. vel testim. judicatum sit*, allegati, tenent contrarium, dicuntq; sufficere, si saltem probetur falsum, Conf. Gvazzin. *tract. de defens. reorum. defens. 34. num. 6.* Aliud verò dicendum erit, si quis se fundet in corruptione, tunc enim ad evincendam sententiæ nullitatem hæc non sufficiet, sed simul reqviritur falsitatis deductio, per *c. 9. X. de probat.* Speculator. *lib. 2. de Sentent. §. 9. num 7.* Hinc etiam alii distingvunt inter orationis nexum, an in una oratione utrumque dixerit ponens vel probans, scilicet quoad falsum dixerint corrupti, tunc oportet probare utrumque. Sed quando ponens hoc ponit in diversis orationibus, ut, quando dicit, dictos testes falsum dixisse: item, eos fuisse corruptos, tunc non videtur se ad utrumq; adstringere, sed sufficit unum probare, Joannes Corserius *Decis. 284. Capellæ Tholosanæ* *Qvæstio.*

§. XX. Et quia testis corruptus & falsidicus tres offendit personas, (1.) Deum, cujus præsentiam contemnit, (2) Judicem, quem mentiendo fallit, (3.) Innocentem, quem falso testimonio lædit, per *c. 1. X. de crim. fals.* etiam dignus est, ut multipliciter puniatur, quapropter cuilibet Judici data est facultas illum ex officio suo puniendi. Speculator. *lib. 1. de testibus § 1. num. 44.* & quidem arbitrariè, pro natura criminis falsi, *l. 14 C. de Judic.* Marant. *Specul. aur. p. 6. tit. de product. test. num. 21.* Testis verò, qui pecuniam accepit, in dubio præsumitur dixisse falsum, utut non probetur, quod falsum dixerit: Farinac. *de test. quæst. 67. num. 237.* omniaq; ei imputantur, quæ ex illo testimonio seqvuntur. Richter. *in Append. Decis. ad cap. 1. X. de testibus, n. 7. p. 34.* *Effectus in pœnis.*

§. XXI. Eadem pœna falsi manet corrumpentem, per *l. 1. ff de L. Cornel. de fals* Richter. *ad cap. 1 de testibus n. 22.* & pro lucro habet, ut id, quod contra se profertur, fidem mereatur. Cluden. *ad tit. ff. & C. de condict. ob turp. caus. num. 19.* Theodor. *Effectꝰ ratione corrumpentis.*

colleg. crimin. cap. 8. aphor. 2. num. 17. Farinac. *qv. 45. n. 6.* licet etiam aliàs contra teſtes, quibus uſus ſum, in alia cauſa excipere non poſſim, multoq; magis productos, in eadem cauſa reproductos tenear admittere, *l. 17. C. de teſtib.* attamen ſi pecunia corrupti fuerint teſtes, excipere poſſum, nec reproductio admittitur. *d. l. 17. ibiq;* Dn. Brunnem. Wiſſenb.

Remedium contra teſtium argentanginã juramentũ.

§. XXII. Ad præcavendam hac argentanginam paratiſſimum remedium ſolet eſſe juramentum teſtium; quod inter alia capitula & hoc continet, ſe nolle reticere veritatem propter dona, daß er die rechte / reine und unverfälſchte Warheit auſſagen und berichten / auch ſolches nicht unterlaſſen will / weder umb Gabe / Gunſt / Freundſchafft / oder Feindſchafft / noch umb keiner Urſache willen / wie die Nahmen haben / und ihn von der Warheit abhalten möchten / &c. Uti verò hoc remedium commune eſt utriq; parti, dum juramentum hoc æquè ad articulos quam interrogatoria dirigi ſolet, auff die Artickul und Fragſtücke ſo ihm fürgehalten werden / ſic ſpecialius in hanc corruptionem inqviri ſolet per interrogatoria generalia, quæ teſtium perſonam reſpiciunt, & à producto in termino productionis & examinis exhibentur, ſcilicet: Ob Zeuge (1.) bey dieſer Sachen Gewinn oder Verluſt zugewarten / und warumb? Ob Ihm (2.) nicht etwas wegen dieſes Zeugnüß / und daß Er vor Producenten zeugen ſolle / gegeben oder verſprochen worden? (3.) Von wem? (4.) Was und wie viel es ſey? *per l. 1. §. penult. ff. de teſtib. l. 4. l. 17. C. eod. cap. quoties. X. d. t.* Maſcard. *in verbo teſtis, concluſ. 1558. n. 1.* Circa hoc tamen ex conſilio Rulandi ulterius indagabit Judex vel Commiſſarius, quo animo pretium acceperit? Licet enim Doctores, uti ſupra jam aſſertum eſt, indiſtinctè eum teneri velint, ſive ut veritatem, ſive ut falſum deponeret, *d. l. 3. §. pen.* Gl. & Br. *in l. 1. pr. verb. advocatum, de L. Cornel. de falſ.* Lanfranc. *de teſtib. num. 79.* Jaſon. *in l. Divus, ff de re judic* aliqui tamen hoc non procedere autumant, ſi teſti, alias nolenti deponere, pecuniæ aliquid datum eſt, maximè ſi teſtis ad deponendum vocatus, jurisdictioni ejus ſubjectus non ſit. Ruland. *de*

Interrogatoria generalia.

commiſſ.

commissar. pag. 4. lib. 1. cap. 7. n. 9. ſed cum ille per ſubſidium juris examinari & cogi poſſit, gratisq; teneatur hoc officium præſtare, limitatio hæc juri conveniens non videtur, niſi acceperit ut evocatus propter ſumtus, de quo ſupra actum fuit. *c. 2. §. 11.*

CAPUT ULTIMUM.
DE
Argentangina Advocatorum aliorumve.

§. I.

PErſonæ judicium minus principaliter conſtituentes ſunt Advocati, Procuratores, Executores, de quibus, ex promiſſo *cap. 1. §. ult.* etiam hoc capite ultimo jam agemus. Et quidem quod advocatos attinet, eorundem officium laudabile, vitæque hominum neceſſarium, *vid. l. 14. C. de Advocat. diverſ. Judicior.* maximè principalibus præmiis oportet remunerari, *l. 4. C. de advocat. diverſ. judic.* & cum ſapientia civilis pretio nummario æſtimari non debeat, illud, quod Advocatis loco ſalarii, pro modo litis, proque Advocati facundia & fori conſvetudine & judicii, in qvo agit, ſolvitur, honoratiori exprimitur vocabulo, & in ſpecie vocatur honorarium, eſtque peculium quaſi caſtrenſe, *l. 4. & 14. C. de advocat. diverſ. judicior.* habetque omnia privilegia peculii caſtrenſis, Dn. Brunnem. *ad dict. loc.* 4. & datur eo nomine actio extraordinaria, *l. 1. §. 10. & 12. ff. de extraord. cognit.* Mevius *p. 3. deciſ. 332. n. 7* & refertur patrocinium Advocati ad facta non locari ſolita; Bachov. *ad Treutl. vol. 1. diſput. 29. th. 29.* Frantzk. *ad tit. locati n. 57. & ſeqq.*

Ratio connexionis.

Advocatorum Honorarium.

Actione quâ petatur.

§. II. Sed eheu! quantùm mutata fuit hæc jurisprudentiæ noſtræ facies! ex quo mores maleferiatorum Advocatorum corrupti hæc jura mutarunt, & etiam multi more mercenariorum hodie conducuntur, prout graviter conqueritur

Durus

questus parùm supplicibus moventur, & ab iis tantùm culti saltem amant longiora in ipsos exercere imperia.

§. III. In mercenario itaque hoc studio, prout æstimatur contra indolem nativam ab hisce vulturibus togatis, & justitiæ mangonibus, peccatur, (1.) quando ultra quantitatem jure determinatum à clientibus miseris quid exigunt, eosdemque pro arbitrio suo divexant, excoriantque. Hoc ne fiat, in benè constitutis Judiciis quantitas honorarii determinata esse solet, ultra hanc verò quid exigere non licet, quamvis spontè oblatum honestè accipi possit, *l. 1. §. 5. de extraord. cognit.* (2.) Augetur hæc malitia, si lites eo nomine protrahant, quo tanto diutius clientes torquere & pecuniâ emungere possint; sic observare licet, hac fini sæpius causam in diversis expediri terminis, quæ unâ vice decidi potuisset, sæpiusque Judicem similis farinæ, sportularum ob commodum, amicas cum Advocatis jungere manus. Et ad farinam solet esse modus deducendi causas in scriptis vel productis, quo utriusque commodum, tùm Judicis, tùm Advocatorum, evidentissimè augetur. Horum malitia apparet ex farragine allegatorum, quæ sæpius in generalitate Brocardicorum consistunt, & spreta vel ignorata omni juris certissimi autoritate, ex repertoriis, locis communibus, & aliis imprudenter desumuntur. Lather. *de censu lib. 2. cap. 7. n. 59.* Ventura de Valentiis *in Parthen. litigioso lib. 2. cap. 7. n. 23.* sicque ex quaternionum quantitate, non laboris qualitate æstimant scripta; & suum augent lucrum & judicii Actuariorum| vel Notariorum in dandis copiis vel exemplis, in quibus raræ apparent lineolæ, eæque dilatatæ. Hoc modo turgent loculi ex locis communibus, quorum copia inopiam sublevat illorum, qui his amissis vix titulos in corpore juris, nedum materiarum sedes specialiores sine indice invenire possent; eosque, hisce ablatis, cum Labano ob lares suos, (*Genes. cap. 31.*) anxios videremus. Verè prudentes & tanto nomine digni Advocati aliter hîc sentiunt, & cum Cujacio faciunt, qui cum consultationes scriberet, *præcipuè se cavisse,* ait, *ne sorderent illæ dictis illis vul-*

Argentangina Advocator. demonstratur.

(1.) Ex honorarii quantitate.

(2.) Causarum protractione, & productorum extensione.

Ex allegatorū plaustris.

Judicii Actuariorū commodū ex hisce omnibus.

Judicium de Brocardicis.

garibus, vel, ut loqvuntur, brocardicis. Nam *in actu practico,* ex sententia Wesenbecii *consil. 19. n. 63. laborandum est, ut inveniamus decisionem in terminis, cum talem invenire, doctisſimi sit Doctoris, pauperis verò, regulas generales adducere.* Interim delectentur pueri fabis, & numero rationum se ostentent, qui solidi nihil promere possunt: ut verba celeberrimi Dn. Mauritii *in aurea & πρακτικωτάτη præfatione, consiliis Chiloniensibus præmissa, circa fin.* nostra faciamus.

Costitut: Elect. Br. cōtra hæc mala laudatur.

§ IV. His malis medelam convenientisſimam invenimus in constitutionibus publicis, mala hæc severè inhibentibus, quo nomine imprimis commendanda venit Ordinatio Judicialis Regiminis NeoMarchici laudatisſima, de An. 1646. *cap. 39.* Unser Cantzler und Räthe sollen die Advocaten und Procuratoren / welche in unserm Cammer-Gerichte dienen wollen / auff die Ordnung / und diese unsere Erklähr- und Verbesserung von neuen schweren lassen / auch ein fleißiges und ernstes Auffsehen haben / daß sie derselben gehorsamlich nachleben / und wider die / welche derselben nicht nachkommen / und ihrer Gewohnheit nach die Parte und Sachen auffziehen / oder die Parte in der gütlichen Handelunge oder Mißverstande des Rechtens in unnötige Weitläufftigkeit verleiten und umbführen wollen / mit abforderung des Juramenti malitiæ, und wan sie sich daran gleich nicht kehren wollen / mit Verbot des Practicirens und andern ernsten Straffen / unnachläßig verfahren. Nachdem sich auch unsere Unterthanen höchlich beschwehreten / daß sie durch die Procurares und Advocaten in unsern Cammer-Gerichte / und derselben Schreiber / desgleichen durch die Notarien treflich übersetzet würden; Als haben wir denselbigen zu remediren eine solche Verordnung gethan / das einem Procuratori, der einem Part in einem Vorbescheide und gerichtlicher Audientz von unsern Räthen auffwartet / da die Sachen nicht gar von grosser Weitläufftigkeit / und die Audientz in einem halben Tage expediret werden kan / vor seine Bemühung und Auffwartung von seinem Parte und Clienten 1. Rthlr. und den Notarien vor abhörung eines Zeugens

gens nicht mehr denn 6. gr. ihren Schreiber vor einem Bogen/ darauff auff ieder Seiten zum wenigsten 20. Zeilen geschrieben / 6. pf. gegeben werden solle/darüber sie die Parthenen nicht weiter beschwehren sollen; In verfertigung aber der rechtlichen producten werden sich die Parten mit ihren Advocaten und Procuratoren nach gelegenheit / und grösse ihrer in der Sache angewanten Mühe / Arbeit / und Fleisses/ selbst wissen zu vertragen/ indem wir doch/wofern sich jemandes beklaget/ daß er wider Billigkeit übersetzet/auch gebührlich einsehen wollen thun lassen. Dieweil auch ungelehrte leichtfertige Procuratores manchen armen Mann verführen und ihm den Beutel ausleerrn/ sollen unsere Cammer Gerichts Räthe / Landvögte / Verwesere und Hauptleute / desgleichen die Gerichtsverwaltende in unsern Städten keinem nachgeben vor Gerichte zu reden / oder Sachen zu führen / er habe denn in Rechten studiret und des von seinen Præceptoren Zeugnis bringet. &c.

§. V. Et quæ sic constituta sunt, summam continent æquitatem, nam si hæc non observentur, perit judicii honor, charitas proximi circa justitiam in judicio servanda, violatur. Etsi itaque pars nullam querelam super iniquitate movet, tamen Judex ex officio inquirere debet, dum ita fieri, ad autoritatem judicii atque utilitatem publicam pertinet. Ea verò pœna justa est, ut præter refusionem iniquè accepti parti faciendam, tantundem pro mulcta judicio solvatur. Quod si excessus gravior est, duriori supplicio locus erit: arbitrio enim Judicis relinqvitur ea pœna, qui non aberrabit, ubi vel concussionis vel extorsionis pœnam irrogabit, cujus species est exactio iniqua Advocati; Mev. *p. 8. decis. 130.* ubi in notatis pluribus exagerat gravitatem hujus delicti; Confer. *decis. seqv. 131.* ubi decidit, quando idem Advocati & Procuratoris munus obit, quomodo salarium vel studium ejus taxandum sit; breviterq; pro hoc notandum est, quæ pro meritis causæ, consilio, vel elaboratione impenditur opera; Patroni causæ seu Advocati est; quæ Processui judiciario servit, Procuratoris.

Judex ex officio suo inquirere debet.

pœna justa quænam.

De duplici salario unius personæ remissivè.

§. VI. Sed *numme iniquitas hæc corrigi & castigari potest*

 à Ju-

Quæstio de pacto partium. *à Judice, si pacto pars sese adstrinxerit speciali, quantitasque ad Legis modum determinata sit?* Videtur dicendum quod non, pacta enim dant legem contractui, *l. 23. ff. de R. Jur.* volentique non fit injuria, maximè si legis publicæ determinationem paciscentes non excesserint, *l. 1.* §. *12. ff. de extraord. cognit:* sed lege permittente paciscentur, *l. 116* §. *1. de R. Jur.* neque sic dolo videtur facere Advocatus, qui jure suo ex pacto quæsito utitur, *l. 55. ff. eod.* Verùm rectius affirmatur, pactum enim inter Advocatum & Clientem de immodico honorario non valet, *d. l. 1.* §. *10.* etsi juratum sit, Ummius *in Proc. disput. 1. concl. 10. n. 45.* nec excusari poterit, cum ipsum turpe sit, & pœnam mereatur. Deinde, licet pro qvantitate legitima salarii Advocatorum constituta sit certa summa centum aureorum in *d. l. 1.* §. *12.* non tamen eam mentem lex habet, ut indiscriminatim eam stipulari & accipere liceat, sed ut non transgredi liberum sit, ultimum licentiæ accipiendi definitur, non usque ad illud accipiendi promissive facultas asseritur. Nec convenit hoc adhortationi legum, Advocatis æquitatem in exigendo salario injungentium. Veram regulam Jurisprudentia statuit in modo laborum & consvetudine judicii, *d. l. 1.* §. *10.* Nec posset quicquam iniquis, quàm inæquale studium æquali semper salariô pensatum velle, tantumque capere posse, cum brevis levisque labor fuit, ac justè capiat, qui longo tempore in arduis desudavit, Mev. *p. 8. Dec. 135.* Et promissionem majoris salarii sæpius extorquet multorum Advocatorum pertinax morositas, imprimis eorum, qvorum fama est hilarior, uti loqvuntur Impp. *in l. 7. C. de postul* qui ædibus egredi nolunt, nec causam orare, nisi illud, quod exegerint, fuerit solutum, vel promissum; imprimis, quando urgentem causæ gravitatem & necessitatem observant. Et sæpius tanta est nonnullorum audacia, ut transitum ad partis adversæ castra minentur, si dare Cliens recuset.

Patrocinii difficilis præstatio Advocato prodest.

Num Advocatus transire posset ad §. VII. Sed quæritur, *numne Advocatus licitè sine prævaricationis crimine patrocinium præstare possit parti adversæ, cognitis partis alterius secretis & causæ meritis?* Quod deserere possit & debeat causam semel susceptam, si injustam eam deprehende-

henderit, indubitati juris eſt, *l. 14. §. 1. C. de judic.* etiamſi juramento promiſerit, ſe ad finem litis usque operam præſtiturum *arg. c. 66 de R. J. in 6to. c. 28. X. de jurejur* Struv. *Exerc. 7. th. 5.* Vivius *Decis. 123. n. 10.* Licèt aliàs non debeat cauſas & patrocinium in medio litis deſerere, dum clientes de tempore in tempus illi de ſtipendio ſatisfaciant. Ludovic. Poſt. *de Manutenend. Obſerv. 81. n. 31.* nec ſtatim excuſat à neceſſitate Officii allegatio malæ vel dubiæ cauſæ. Mevius *p. 3. Decis. 200.* Sed ſi cauſa juſta eſſet, vel legitimis remediis & exceptionibus deduci vel defendi in judicio poſſet, dedecorum quidem & in Judiciis non tolerandum erit, ſi deſerere velit cauſam ſuſceptam, maximè ſi id lucri majoris amore & cupidine fiat, malitiis enim indulgendum non eſt, *l. 38. ff. de R. V.* & ſuſpicione criminis minimum laborabit. Brunnem. *ad l. 1. C. de advoc. divers. Jud.* non tamen, ut *ad quæſt.* propoſitam reſpondeamus, eo ipſo reus ſit Criminis prævaricationis, quod committitur, quando quis utrinque ſimul in eadem cauſâ patrocinium præſtat, & quidem ita, ut alterius cauſam prodat, *l. 1. pr. ff. de prævaric.* adeoque aliud eſt, an honeſtè fiat, & aliud, an propterea pœna prævaricationis locum inveniat? utrumque negamus, & tantò magis impunè debet ferre eô in caſu Advocatus, ſi ab ipſâ parte eſſet dimiſſus, uti enim liberum fuit clienti dimiſſo hôc alium eligere Advocadum, ita non poteſt eſſe dimiſſo illicitum, alteri parti ſtudium ſuum impertiri, dummodo nihil indignum iſto officio faciat, quod erit, ſi in quo alii anteà patrocinatus eſt, in eo deinde arguat & improbet, prodatq; cauſæ ſecreta. Mev. *p. 9. D. 173.* Breviter quæſtionem allatam expediemus diſtinctione, ſcil. diſtingvendum, an Controverſia in judicio ventilanda in jure conſiſtat, an in facto; Illo caſu cum cauſæ ſecretæ propalatio fiat nulla, nec fraus fiat Clienti, nullum videtur Advocatus crimen contrahere. Altero caſu qui id fecit, & cognitis inſtrumentis atque cauſæ ſecretis, reus eſt non tam prævaricationis, quàm *L. Corn. de falſ.* illo capite, quô cavetur, ut pœna falſi coerceatur, qui inſtrumenta alicujus penes ſe de poſita adverſario prodidit, *l. 1. §. 15. ff. ad L. Corn. de falſ.* Matth. *h. tit. de prævar. c. 1. n. 5.* & ex eo Hahn. *eod. tit.* Alciat. *in l. 212. de V. S.*

partem adverſam.

An & quādo id licitum?

Diſt.

Pœna prævaricationis. §. VIII. Pœna aliàs prævaricationis est extraordinaria, *l. 1. ff. de prævar.* Matth. *d. l.* & præter infamiam *l. 4 §. 4. ff. de his qui not. infam* incarceratio, relegatio &c dictari solet Struv *Dissert. Crimin. 10. th. ult.* Menoch. *arbitr. Jud. qv. cas. 373.* Jure Carolino *artic. 115.* Procurator ad litem datus, qui dolo malo proditâ causa sui Clientis diversam partem adjuvat, sive causa Civilis sit, sive criminalis, tenetur resarcire damnum & relegatur cum fustigatione; Der sol zu forders seinen Theil nach allem vermögen seinen Schaden/ so er solcher Sachen halben empfäht / wieder legen / und darzu an den Pranger oder Halß-Eysen gestellet / und mit Ruthen ausgehauen / des Landes verbothen / oder sonst nach Gelegenheit der Mißhandlung in andre Wege gestrafft werden. Hocque obtinet sine distinctione utrum in civili, an criminali Judicio sit prævaricatus *d. art. pr.* Ad Advocatos tamen hæc pœna non est extendenda, cum lex pœnalis de Procuratoribus tantum disponat Hahn. *ad tit. de prævaricat. n. 3.* Stephan. *ad d. art. Const. Crim.* *Sententia est nulla.* Sententiam vero ob prævaricationem latam ipso jure Dd. dicunt esse nullam. B. Brunn. *ad l. 1. C. de Advoc. divers. Judicior.* si pretio scil. prævaricatus est Advocatus, aliàs ope Restitutionis retractanda est sententia Theod. *in Jud. Crim. c. 3. aph. 14. n. fin.*

§. IX. Ad modos deniq; illicitos augendi Advocatorum *Pactum de quotâ litis probibitū.* loculos referendum etiam venit pactum de qvotâ Litis, quô nihil fere usitatius esse solet inter perfrictæ frontis Advocatos; estq; illud, quando Advocati in casum victoriæ certam vel quotam partem litis summæ aut rei in judicium deductæ paciscuntur, quod Jure reprobatum est *l. 6. § 2. C. de Postul.* ob suspicionem concussionis, & quod sit quasi venditio litis, quâ advocatus propriam vel saltem communem causam videtur fovere *l. 8. C. de Procurat.* & quòd suppeditet occasionem calumniæ *l. 3. ff. mandat.* Hahn. *ad tit. de pact. p. 6 p. 195. edit. nov.* & est contra paciscentes Advocatos pœna remotionis constituta *l. 5. C. de Postul. ibiq; Dd.* Videatur de hoc pacto diversisq; paciscendi causis Dn. Brunn. *de Cession. Act. c. 2. n. 44. & seqq.* Nathen. *in Justit. vulner. p. 2. tit. 3. c. 7.* conf. Dn. Lauterbach. *in Disput. de Palmario Advoc.*

§. X. Et